


IVSTI LIPSI

(2)

AD LIBROS

POLITICORVM

BREVES NOTÆ



LUGDVNI BATAVORVM,  
Ex OFFICINA PLANTINIANA,  
Apud Franciscum Raphelengium.

clo. I. lxxxix.


IVSTI LIPSI

(2)

AD LIBROS

POLITICORVM

BREVES NOTÆ



LUGDVNI BATAVORVM,  
Ex OFFICINA PLANTINIANA,  
Apud Franciscum Raphelengium.

clo. Io. lxxxix.

I V S T I L I P S I

A D I. L I B.

# POLITICORVM

N O T A E

**A**S mihi visum addere, Lector,  
ut dictis meis alienisque in-  
terpres sim, & transferam te  
alibi hærentem. Præcipuus  
ille finis. quod si latum inter-  
dum, aliquid aut floridum interueniet;  
exemplum tibi erit, qui nostra hæc augeas  
& illustres. Quid enim aliud ista, quam  
velut tabulæ quædam dispositæ, & L O C I  
C O M M U N E S sunt, ad quos commodè re-  
feras lecta tibi in hoc argomento aut legen-  
da? Vide, & imitare.

**P**O L I T I C O R V M L I B R I . ] Ita inscripsi,  
nec perperam. Nam et si propriè de Principatu agi-  
mus, & eius instrucțio mihi scopus: tamen & librorum  
prior pars velut commune negatior ad quamque Temp.  
est: & passim præcepta ad omnem Civilem vitam.

I N C A P . I.

Veterum monitis, imò & verbis.] Ita fe-  
cimus. Lapides & ligna ab aliis accipio: adficij tamen

A 2 exstru-

PAG. I.  
Forma  
scriptio-  
nis.

## I. LIPSI NOTAE

**4** exstrusio & forma, tota nostra. Architectus ego sum, sed materiem variè vndeque conduxi. Nec aranearium sanè textus idèo melior, quia ex se fili agnunt: nec noster vilior, quia ex alienis libamus, ut apes.

Duos Rectores, Prudentiam & Virtutem.]

Fulcra bi- Sive duo etiam fulcra: sine quibus laudabilis & firma na Reip. Respublica nulla vñquam fuit, nulla erit. Tetigerunt vñrumque alij: sed si neminem distinet aut plenè præceptis id amplexum dixerim, libera magis vox erit quam superba.

## IN CAP. II.

PAG. 3.

Pietatis  
duo mem-  
bra.

**R**ECTVS deo sensus, in deum cultus.] Ita Pietatem definimus. & hæc duo sanè præcipua eius munera sive partes, Noste supremum illud numen, & Venerari. **Lactantius:** Omnis sapientia hominis in hoc uno est, ut Deum cognoscat & colat. **A Sensu** Lib. IIII. Instit. cap. XXX. tamen veniendum est ad cultum. **Idem:** Sapientia præcedit, Religio sequitur: quia prius est Deum scire, Lib. IV. cap. IV. consequens colere.

PAG. 4.

Dei pro-  
prium no-  
men igno-  
ramus.

Ita appello Summum illud.] Heu miseriam! adeò à cognitione Summi illius remoti sumus, ut ignoramus & nomen. Ipse increpat: Cur quæris nomen meum, quod est Mirabile? Et Damascenus: τὸ θεῖον ἀνατάνατον πάντας & ἀνώμον εἰς: Comprehendi omnino Diuinum illud non potest, neq. nominari. **Etsi** 1. De Fide, cap. XIII. nos tamen nomina ab antiquo habemus, & quod mirum, pleraque gentes quadrilittera. Sed cum eodem Damasco sentio, nullum nomen aptius Deo tribui, τὸ θύρος. **Causa.** διότι τὸ εἴσατον συλλαβεῖται τὸ εἶναι, οἷον τὸ πέλα- 205 801ας

Pamandr.  
cap. V.Ad Rom.  
xxi.Hermes  
Pam. cap.  
I.

## AD I. LIB. POLIT.

Τοποθεσίας απειρον καὶ αόριστον: Vniuersum enim illud Esse complectens in se ipse habet, quasi mare quadam infinitum & immensum. **Pulcherrimè Hermes:** Εστιν αὐτὸς ἡ τὰ ὄντα, καὶ τὰ μὴ ὄντα. Ipse est, & quæ sunt, & quæ non sunt. **Quo sensu?** addit. τὰ μὲν τὸ οὐταὶ ἐπαρ- ρέσσονται, τὰ δὲ μὴ ὄντα ἔχει εἰς εἰσαγόντα: Nam & quæ sunt, appearunt, & quæ non sunt, habet in se ipse. **Ille** scilicet est (Egyptiorum templis ritè inscriptum) τὸ γεωνός, τὸ θύρον, τὸ ἑστέπον: quod fuit, quod est, quod erit. **ille**, ut Apostolus ait, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. **Hæc talia nec impie nec inscitè dici possint: sed quanto angustior & deo dignior illa confessio?** **Ανεκλάλη-** Demissio animi hic **τος, εργίτος, οιωνή φωνήμονος:** ineffabilis, non dicendus, silentio exprimendus.

Mentem solutam quamdam.] **Mentem,** Deus mēte prior. sed mente subtiliorem. **Hermes** ille ὁ νέος Τερ maximus in his diuinis: Υλικὸν τὸ λεπτομερέστερον, αἵρετος δὲ, ψυχή. ψυχῆς δὲ, περὶ τὸ δὲ, ὁ Θεός. Materiā subtilior, aëris, aëre, anima, mens, mente, ipse deus.

Præditam motu sempiterno.] **Recte accipe:** 11. De Ca- pro virtute & actione sempiternâ. **Aristoteles explicabit:** Quo sen- lo, cap. XI. Θεὸς δὲ ἐπέργεια, ἀθανασία. ταῦτα δέ εἰσι ζῶντες οὐδεὶς ἀνάγκη, τοῦ θείωντον οὐδεὶς οὐ πάρχειν. Dei actio, immortali- tas. hoc autem est perpetua vita: ut necessum sit Di- uinitati motum perpetuum inesse. **Nam de alio mo- tu, sanè falsum.** **Ille omnia mouet, immobilis: omnia qua-** titate inconcussus. **Hermes:** πᾶν δὲ τὸ κινέσθεον εἴη τὸ κινεμένω κινέται, ἀλλ' εἰς ἄν. καὶ τὸ κινεῖ δὲ εἰς κινέει: Omne mo- tum non in moto mouetur, sed in quiëscente. & id quod mouet, quiescit.

Pamandr.  
cap. II.

A 3

De deo

Deus est, qui est, &amp; quod est.

Demissio  
animi hic  
tuta.Deus mēte  
prior.Mouet, no  
mouetur.

Pauca de  
deo dicen-  
da.

Nec nisi  
in Sacris  
tradita.

Vitium  
animi, in  
illum in-  
quirere.

Eriquiri-  
tio ea va-  
na.

Venerare,  
non rima-  
re.

Deus in  
effectis,  
& ab iis  
ascendus.

Deo etiam vera dicere, periculosum.] Qui enim scis, an dicas vera? Circumludis infinitum & eternum illud, tu pusille tu mortalis. Atque hoc sensu, istud verum. Alias, non nego quin deo liberè & reverè dicamus, quæ de se ipse. id est, quæ in sacris mysticis que libris referantur.

Qui melius scitur, nesciendo.] Hoc quoque, pari cautione & sensu. Curiosos tantum excludimus: quoniam, ut ait Basilius, οὐχὶς νόσημά ἐστι, τὸ κακὸς Επεργατικὸν πρᾶτος. Animi morbus est, malè & superfluè deo quererere. Quid autem queramus? Celi aut sideris vnius naturam plenè nondum cepimus: & volumus celi siderumque auctorem? Vani, vani! Poëtam audiamus:

Θεοὶ νομίζεις, νοῦσοί βέβαιοις, ζῆτει δὲ ψήσι.

Πλαστοὶ γὰρ οὐδὲν ἀλλο τε ζῆτειν ξέρεις.

Deum esse crede, & colito, sed non querito.

Nam nil habebis aliud hīc, quam querere.

Sed & Biasculum monuit: περὶ θεῶν λέγει, καὶ εἰσι: De diis hoc tantum dic, esse. Pius noster scriptor magis pīe: Dei religione intellegendus est, pietate profi- tendus est, sensu vero persequendus non est, sed adorandus.

Effectus tamen eius.] Omnino dei opera & ef- fectus noscenda, si vis ipsum. Nās ὅρθων εἰ τοῖς νοῦσοῖς, ait Hermes. Ut solem deficientem non directo, sed in aquis intuemur: sic deum in operibus.

Affectus (sī ita appellare fas.) Merito dubito, imò non dubito. Nam reuera affectiones nullæ in per- fecta

De Fide.

De Trinit.

In Phado-  
ne.

In Differ-  
tat. ab Ar-  
rionno digo-  
stis, lib. I.  
cap. XIV.

Hilar. De  
Trinit.

Horat.

Lib. v. In-  
fir. cap.  
VIII.

fecta illâ simplicique naturâ, sed puræ res ipse. Damas- cenus: ποιότης τὸ θεῖον ἐλεύθερον: Qualitatis Deus ex- pers. Itaque propriè non ille Sapiens, Bonus, Iustus: sed Sapientia, Bonitas, Iustitia. Hilarius: Quidquid in deo est, deus est: totum quod in eo est, unum est. Et Augustinus: Quidquid ibi intellegi potest, substantia est. Nec Plato ignorauit: Αὐτὸν οἶον, αὐτὸν τὸ καλὸν, αὐτὸν ἔκαστον, οὐτὸν τὸ οὐρανόν: Ipsum æquale, ipsum pulchrum, ipsum singulum, quod est id quod est,

Interest animis & mediis cogitationibus PAG. 5.

interuenit.] Alè hoc imprimite mortales, vix peccatis. Epicetus plane diuinitus: Οταν πλείοντες τὰς θυ- εας, καὶ σκότος ἐνδον ποιήοντες, μέμνοντε μηδέποτε λέγειν, οὐ μόνοι ἐστέ, & γνώστε. αλλ' οὐ θεος ἐνδον ἐστι, καὶ οὐ μέτε τοις δάιμονις ἐστι. καὶ τις ταῦτα ζεῖται φωτὸς, εἰς τὸ βλέπειν τὰ ποιεῖτε, Cum ia- nuas adduxeritis, & tenebras intus feceritis, ne un- quam in mentem veniat dicere, quod soli estis. non enim estis. sed Deus intus est, & Genius vester in- tus est. Quis autem vsus iis luminis, vt videant quæ agatis?

### IN CAP. III.

OMNIA prospera colentibus deos, ad- PAG. 7.

uersa spernentibus.] Serio cogitare debet Princeps. Religio neglecta aut prolapsa, traxit semper remp. secum, & trahet. Vates ille haud vanus:

Di multa neglecti dederunt  
Hesperiae mala luctuosæ.  
Et Lactantius adserit, Ideo mala omnia rebus huma- nis cottidie ingravescere, quia Deus mundi huius effector

In tene-  
bris Deus.

Cum Re-  
ligione  
Resp. Aro-  
ret, aut  
cadit.

effecto & gubernator derelictus est: quia suscep-  
tunt, contra quam fas est, impie religiones.

In quam naturae vitio nos proni.] Adeo  
verum est, ut in alia vita duci videamur, in hoc rapi.  
Plutarchus hanc iniuriā deplorat tūc ἀθεοπίννης ἀδέρφας,  
δέ τις εὐέχωστος, εἰδὼς αὐτήν, εἶπεν οὐτε πάντας, δέ τις οὐδὲ  
Αὐτοὶ εἰς δεῖσιδαιμονίαν καὶ τύφον, δέ τις δὲ εἰς θλιψίαν τὸν Θεον καὶ  
πειρόπονος: humanam infirmitatem, metam ter-  
minumque non habentem, nec sui potentem: sed  
efferentem se, modò in superstitionem & vanita-  
tem, modò in neglectum rerum diuinarum & con-  
temptum. Atqui, ut idem addit, οὐδὲ εὐλαβεία, καὶ τὸ  
μυδεῖς ἀγαθούς, δεῖσον: Religio, & ut nihil nimis, optimum.  
Si tamen peccandum est, fateor tutius melius que-  
peccari in hanc Superstitutionis, quam illam Impietatis par-  
tem. Νόσος δὲ μεγάλη ψυχῆς, αἴθοντος τις οὐδεὶς εἰς πάτερα  
τὰ πράκτα τηνακολούθει, καὶ εἴτε θύει εἰδώς: Magnus, magnus  
animi morbus est, Impietas: quoniam illum opini-  
o & inclinatio ad omnia mala sequitur, boni au-  
tem nihil. Et sane eā stante, nunquam Resp. stabit.

Nulla res multitudinem efficacius regit,  
quam supersticio.] Multitudinem dico, non hanc  
togatam tantum aut muliebrem, sed etiam illam accin-  
tam & militarem. que, ut idem Curtius ait, alioquin  
Supersticio efficax  
ad regen-  
dum.  
Vsurparūt  
hoc fine  
multi.  
Lib. xv.  
Epipol.  
lxxxviii.

impotens, sœua, mutabilis, vbi vanâ religione capta  
est, melius vatibus quam ducibus suis paret. Ita-  
que usi vel abusi hac sepe viri Principes. ut P. ille Sci-  
pio, qui Iouem in Capitolio consulebat: Q. Sertorius, qui  
ceruam circumducebat: C. Marius, qui Syram quamdam  
fatidicam, Martham: P. Sylla, qui in præliis præferre  
& ostenta-

Supersti-  
tio nos  
naturā:

Tr. medio-  
critate vir-  
tus.

Pessima  
Impietas.

Pernies  
Rerum  
publicarū.

In Camillo.

Hermes,  
cap. xii.

Lib. xv.

Epipol.

lxxxviii.

et ostentare solitus sigillum Apollinis. & exempla plu-  
ra. Sed illud Caroli V. Gallorum regis eximium: cuius  
res accusas valde reparauit hoc commentum. Virguncu-  
la fuit Iohanna Lotharinga, (à deo nō instincta, an huma-  
nā aliquā fraude subornata?) quæ palam ad Regem venit,  
& mira constantia afferuit diuinitus se missam, pellendis  
è Gallia Anglis. Res relata ad consilium: suasa, diffusa.  
Regi admittere visum, & prudenter. Eius sane operā,  
imò & duetu (nam armagerebat, & viris praebat) Au-  
relianum arctā obsidione liberatum, & pleraque alia for-  
titer ac feliciter gesta. Ad extremum tamen vacillauit va-  
ticij fides, cum Iohanna capta ab Anglis & Rhotoma-  
gum dueta, igne exusta est ut præstigiatrix.

At tu fuge.] Ab omnibus superstitione arcenda, à  
Principe maximè. quem altus scilicet erevisque animus  
decet: at Superstitione & aniles persuasiuncula, ut cum poë-  
tā dicam,

faciunt animos humiles formidine diuūm,  
Depressisque premunt ad tertiam.

Et sane vilium ferè aut barbarorum est Superstitione. Plu-  
tarachus: Εὐάλωτος εἰς δεῖσιδαιμονίαν φίστος Βαρεξεμόν: In-  
clinant naturā ad superstitionem barbari. Quod  
idem censem de feminis imbecillisque naturis.

Debs à superstitione timeri.] Intellege, serui-  
liter timeri. Nam duo vitij huius propria, Nimiris timor,  
Nimiris cultus. Seneca: Superstitione, error insanus est.  
amandos timet, quos colit, violat.

Religentem oportet esse, religiosum ne-  
fas.] Mens prisco hunc versui, religionem cum modo ha-  
bendam,

Virginis  
Gallicanæ  
enthusi-  
stimus, siue  
dolus.

PAG. 7.  
Principem  
dedecet  
supersticio.

Barbari ad  
eam prou:

Ant femi-  
næ ac pue-  
li.

PAG. 8.  
Timore ei  
comes &  
angor.

Intelle-  
ctus sanus  
in versu  
teret.

Modesta  
religio  
Principi  
conuenit.

## NOTAE

**I O** bendam, ut omnia bona: quæ talia esse desinunt, si ille ab-  
sir. Nam Religiosum prisci dicebant in vitio, & cum copiâ  
quidam immodicâ, ut Mulierosum, Vinosum. Si autem  
alicui modus hic seruandus, certè Principi: in omnibus,  
qui in Rep. versantur. Nicephorus Gregoras baud in-  
scit: τῷ γὰρ μονη περιέχοντι τὸν νῦν τῆς θεον θεωρία, ὅριον Hist. III.  
καὶ σπουλαῖοις ἀνδράσιεν περιόμενοι. δοὺς δὲ καὶ τὸ ἀρετὴν καὶ πο-  
λιτικὸν ἔσται τὸ θεός, καὶ πειρευόμενοι περιγράπτον παντοῖον,  
ὅτις λαθὼν ὁδηγεῖται τὰ βέλτιστα καὶ σωτήρεια πράπτοις: Nam  
qui in νύν Dei contemplatione mentem defigit,  
huic tali montes & speluncæ conueniunt. at qui  
νύν cum virtute ciuiles etiam mores coniunxit,  
& notitiam sibi paravit rerum variarum, ille ve-  
rò populum ad optima & saluberrima ducere ido-  
neus est.

**Optimus animus, pulcherrimus cultus.]**

**Religio in**  
**vita & fa-**  
**citis.**

Breuiter hoc ipsum & acutè Lactantius: Religiosissi-  
mus est cultus, iimitari. Etiā Hermes Ἀgyptius: Θρ-  
ονεῖα τῆς Δεὸς μία ἐστί, μὴ ἕναν κανόν: Vnicus (certè prae-  
cipuus) dei cultus est, non esse malum. Possem hic que-  
dam apposite & verè: sed Megarenſis ille Sapiens mihi inclamat, περὶ τέτονος εὐερῶφ.

Moysen illum Ἀgyptium.] Historiola, quam  
apexi, amæna & hodie utilis est. Tu si libet, ab aucto-  
re eam pete.

## IN C. A. P. I V.

**PAG. 9.**  
**Fatum lo-**  
**uis verbū.**

**E**t vocem Fata sequuntur.] Hac mente ve-  
teres Fata voluerunt Ioui praesto esse cum filo &  
tabulis, ad inscribenda eius dicta. Latinus Pacatus. An  
vt illi

In Paneg.  
ad Theod.

## A D I. LIB. P O L I T.

II

vtilli maiestatis tuæ participi Deo seruntur assistere Veterum  
Fata cum tabulis: sic tibi aliqua vis diuina tuber- inuelera.  
uit, quæ quod dixeris scribat ac suggerat? Et Mar-  
cianus Capella. Parcas, scribas Iouis appellat, quod eius  
decreta in æreas tabulas referant. Ouidius aspergit:  
-cernes illuc molimine vasto.

Ex ære & solido rerum Tabularia ferro.

**I pī homines, tamen in parte.]** A deo enim pag. II.

**Lib. v. De**  
**Ciuit. cap. viii.**

sunt, ait Augustinus, omnium potestates, quamuis ab Voluntas  
illo non sint omnium voluntates. Ab uno & per- à Fato im-  
petuo illo bono, iure amouemus omnia mala. Trismegistus: Nec ad-  
mittit, nisi

**Cap. xiv.**

Autem dicit τὰ στοιχεῖα ταῦτα καὶ τὸν αἰγάλευτον τοῦτον, ταῦ- mata, nisi  
ταῦτα τὰ πάθη τὰ τῆς γενέσει παρεπόμβα, ὡσπερ τὸ ταῦτα, im-  
χαλκῷ, & ὑπόστοι τὸ σώματι. ἀλλ' οὐτὸν χαλκεργὸς ἐποίησεν,  
επειδὴ τὸ πομπὸν ὃ πομπὴ γεγέννηται, οὐταλλος χαλκὸς θεός: Ab  
ipso conditore nihil malum aut turpe esse existi-  
mandum est. Hæc enim sunt affectiones quædam  
adhærentes & concomitantes ipsam generationem,

sicut ærugo æs, & sordes corpus. Atqui nec æru-  
ginem faber fecit, nec sordes auctor produxit, nec  
malitiam dœs.

**Nullis consiliis vel auxiliis vitamus.]** Am-  
mianus: Nulla vis humana vel virtus meruisse un-  
quam potuit, ut quod præscripsit fatalis ordo, non  
fiat.

**Heu fatis superi certasse minores!] Ita Iu-**  
**piter ipse apud alium poëtam**

Me quoque fata regunt.  
impia sententia dicam, an stultas fur enim numen vincatur à Fato? nūnquam certant. Et nos ipsi cùm Deum su-

B. 2. pra Fata

Ouid. ix.  
Metam.

Nec id tam  
men mu-  
tat.

*præ Fata esse dicimus, magis Stoicis contradicimus quam aliquid pro re dicimus. Nam quæ hic comparatio? proinde est, ac si a nobis Iudexne super sententiam sit, an ipsa super illum. Sed mutare, inquit, Fata an deus potest?*

*Abi in epte: scito eum nolle. Hoc satis. Ordinem facti æternæ series regit, cuius hæc prima lex est, statuta decreto.*

*Sen. II.  
Natural.  
Quæst.*

PAG. 12.

*Consilia corrumpit.] Que aut mala scilicet immittit, aut nec bona fortunat: τὸ δὲ θεῖας & συμμαχίας προσολα; τοι; τοῦ ἀρχωπόντος βελεύματος τοῦ καὶ τράγου, ποιησούσθαις αὐτῷ τὸ τέλος, οὐ τόδι εἰς τοῖντινα τάχη. Τοῦ δὲ βελοφόρεος οὐ βεληνόφορος, εἰς αὐτὸν οὐ αὐτόρησος, αὐλατά τε σοφοῦ βελεύματος τρόπος αἴσιον τελευτῶν πίσσες, καὶ τὰ γανάδα καὶ αἴσιεινώτατα τρόπους, αἴσια δόντα τοὺς μάλα αἰχθεῖται τοῦ θεοῦ τοῦ πρότερον: Nam ubi diuina Prudentia non commilitat consiliis actionibusque hominum, malis iis exitus obuenit, & cogitationibus valde aduersus. Nam tunc neque vir consultus, consultus est, nec fortis, fortis; sed etiam sapientissima consilia insipiente desinunt, & generosa maximè ac fortia facta turpe & infame exitum consequuntur. Hæc Gregoras. cui testimonium do neminem prudentius aut crebrius hæc fatalia Historia sua miscuisse.*

Fata per  
caussas  
agunt.

*Vt quod accidit, etiam meritò accidisse videatur.] Lucani eadem mens:*

Lib. VII.

*Hoc placet, o superi, vobis cum vertere cuncta Propositum, nostris erroribus addere crimen? Et reuera is ordo caussarum, εἰς cœnatum, ut etiam humana ratione non aliter cadere debuisse iudicemus. O mira sapientia! quæ res omnes ita dirigit & flectit, ut tamen ipsi il-*

ipsi il-

*ipſi illuc iuſſe videamur. Quid ergo? ad peccatum impelit deus? non, non, sed ad lapsum. id est, res & fortunas mutat, ab alto deicit, ab imo attollit; & hæc talia externa, sic ut nos ipſi consiliis factisq. gradum nobis struamus ad fatalem illum lapsum, siue ascensum. Ut qui in vindicta alicuius ducitur, plerumque sponte it, trahendus tamen nisi eat: ita hic.*

*Tibi quis hic fructus?] Fructum unum & præcipuum expressi, Patience: licet alterum nunc addas, Scientia. Vos qui in Regno aut Republica scito: ferri & volvi omnia sursum, & nullius rei codem semper loco stare fortunam.*

*Sen. Odys-  
sia.*

*Tac. III.  
Ann.*

*Sen. pater  
in Praefat.  
1. Controv.*

*Niceph.  
Greg. VII.*

*Regitur satis mortale genus,  
Nil sibi quisquam spondere potest. Firmum & stabile. Atque ut noster ait, rebus cunctis inest quidam velut orbis, ut quemadmodum temporum vices, ita & morum vertantur: inquit Imperiorum. Gracifloruerunt post hos Afri, post hos Romani, post hos Scythæ: ita qui scio an non brevi noua aliqua gens? Nam sati maligna perpetuaque in omnibus rebus lex est, ut ad summum perducta, rursus ad infimum, velocius quidem quam ascenderunt, relabantur. Stare in fastigio Scythæs siue Turcæ iam video: & stare. A multis annis nulli corum progressus: profecto (verè vaticinor) spe-ctant casum. Hæc talia, quisquis rebus consiliisque interes, considera: & quantum humano ingenio potest, præuide, quid inclinent se fata. & tu ad illa. Nam miser quid pugnes? τοῦ δὲ εἰς αὐτὸν εἰδιδάσκετο τεγμάτων ἀρχωπόν, καὶ εἰδεῖσθαι αὐτῷ τοῦ αὐτοῦ δέξιον, τέπιον, καὶ γῆν οὐδέλασσα μέχεται αὐτῷ, αὐτῷ τοῦ δεκάτην θεοῖς & τοῖς διανομα-*

Trahit nos  
sæpe Deus  
in externa  
mala:

Sed cum  
culpâ ta-  
men no-  
strâ.

PAG. 13.

In Fato  
confide-  
randa vo-  
lubilitas  
retum.

Hodie sic,  
cras aliter.

Regna  
infirma.

Fatorum  
deuergia  
videnda.

*ποιεῖ δεσμίως ἐντέλευτα: Ex ipsis factis homo dif-*  
*icit, quæcumque cooperantem & coimilitantem*  
*non habent supernam dexteram, his terram & ma-*  
*re & aërem aduersari, tanquam fugitiuum aliquem*  
*dei & Iustitiae violatorem efficaciter persequentia.*  
Illuc om. *At contra, quò Fatum vergit, alia etiam omnia: & vel-*  
nina se dāt, *ut viam illi muniunt ignari aut iniuti. Casar ad Principa-*  
tracta o-  
culto fune. *tum venire debet? Societatem cum illa Pompeius coēat,*  
*& calidè euebat iuxta sese. Deūcere postea vult? fristrā.*  
*causam dumtaxat armorum præbeat, turpiter & impe-*  
*ritè ex Italiā fugiat, aleam de summa re uno p̄clio iaciat*  
*festinanter. Romanos imperare fatum est? Annibal à*  
*Cannis Romam non petat: Philippus fœdus sine effectu*  
*cum illo ineat, & nauis cum legatis velut casu capiatur:*  
*ceteri item reges quiescant, & alijs post alios vincantur,*  
*fatali omnium ignauia. Quid de hodierno Euro-*  
*pæ statu cogitem, sileo: Sed Fatum quid tibi vis? quod* Tac. xv.  
Obiit. *telum subito in me iniūci? Ecce nuncius, \* P L A N T I* Ann.  
Kal. Inlii, *N V M illum meum, quo neminem ego, nemo me fidelius*  
anni cl. *amauit, illum pulcherrimæ artis columnen; & stylu mei lu-*  
Io. lxxxix. *cem abuisse. Heu, heu, ego viuo & scribo?*

## IN CAP. V.

Pag. 15. *POTEST contingere nocenti ut lateat, la-*  
*tendi fides non potest.] Finitus est &*  
*argutè extulit minor Séneca:*

*Scelus aliqua tutum, nulla securum tulit.*

*In Hippo.*

## IN CAP.

## AD I. LIB. POLIT.

15

## IN CAP. VI.

**E**sse, quam videri, probus malis.] Ma- Pura pro-  
chiauellum ergo nemo audiat, qui simulatam nescio  
quam virtutem Principi induit, & scænae seruentem.  
O dogma ad Principis perniciem, & subditorum!

*Apud Am-*  
*mian. lib.* xvi. *Honestum ei vile est, cui corpus nimis*  
*carum est.] Cato Censorius in hanc sententiam:*  
*Cultus magna cura tibi, magna virtutis incuria.*

## IN CAP. VIII.

**Q**VIS QVIS in re Ciuli intellegens ha- Pag. 23.  
*beri volet, opus ei Experienciam.] Mul-*  
*ta et pulchra apud Philosophum in loco vide, quem hic ci-*  
*tatu. Illud certum. intellegere te aliquid ex lectione vel* Experi-  
*auditu in rebus Ciilibus posse, atque etiam iudicare; tan-* tiā in Rep.  
*gere aut tractare eas non posse, sine r̄su.* opus.

## IN CAP. IX.

**P**LURA ad Prudentiam confert.] Si vlla Pag. 24.  
*quidēres ad Prudentiam publicam priuatamq. facit,*  
*facit Historia. quim Leonī futuro Principi, Basilius pater*  
*iam Princeps, egregie commendat, verbis qua merito ad-*  
Cap. lvi. *scribo: Ισορίας ἀρχαίας ἐγέρχεσθ μη γετόνει, εἰ μετάζηδον φή-*  
*στεις ἀκόπας, ἀπερέπεργο στενιζειν ἐγκόπας. καὶ μαθοις ἐκεῖθεν*  
*τὰς τε τῆς αὐθιδιου ἀρτας, καὶ τὰς τῆς φαύλων κακίας, τὰς τε*  
*τὰς πραγμάτων, μεταβολάς, καὶ τῆς εἰσιτού, καὶ τὸ ἀρχῆς ἐμπα-  
*πλῶν, καὶ ἀπλῶς εἴπειν, τῆς μη φαύλων τὰς αἱρετάς, τῆς δὲ*  
*αὐθιδιου πρᾶξεων τὰς αἱπόστεις, καὶ τὰς μη φύγεις, τὰς τὴν εἰ-*  
Historiae  
compen-  
diosa laus,  
& fructus.  
Dein di-*

**S**er. δίκης πεῖσμα μὴ δέηται, ταὶς δὲ κατέρθωσις, ἵνα τοῦ ἐπιδιδού-  
πικά θλων καταξιωθῆται: Per Historias veteres ire ne re-  
cusa. Ibi enim reperties sine labore, quæ alij cum  
labore collegerunt. atque illinc hauries & bono-  
rum virtutes, & improborum vitia: vitæ humanæ  
varias mutationes, & retum in eâ conuersiones:  
mundi huius instabilitatem, & Imperiorum præ-  
cipites casus. Et ut verbo complectar, malorum  
facinorum pœnas, & bonorum præmia. quorum  
illa fugies, ne in diuinæ Iustitiae manus incidas; hæc  
amplecteriis, ut præmiis quæ ea comitantur potiaris.  
*Hæc Græcus ille Imperator, in libello quem Κεφάλαια πα-  
επειπεῖα inscripsit: probo, pio, & digno quem Principes  
legant.*

Basilij  
Mönito-  
zia.

PAG. 25

Quæ H  
istoria P  
litico uti  
lis?

Ea' quæ  
Vera sit;

Eadem ad Ciuitatem hanc partem utilissima.] Non tamen omnis Historia, ne erres. Ut aurum non quævis terræ gignit: sic nec hæc promiscua, Prudentiam Ciuitatem. Quæ illa igitur? ea, quæ tres has Notas habet: Veritatem, Explanationem, Iudicium. id est, quæ legitima Historia est, & perfecta. Nec enim talem ego unquam censuero, cui trium horum aliquid deest. Prima Nota VERITAS est. ut semper res euentus quæ omnes puriter & ex fide narrat, nec quidquam (quod) nimis ferè inclinant scribentium animi) haustum ex vano velit. Olim & nunc rara virtus: & à qua non affectu solum aut aspectu plerique abeunt, sed specie etiam virtutis. Nam fidem in Principem aut statum censem, narrare aliquid non ex fide. Atqui hæc fundatum operis est: Καὶ οὐδείς (ait in hac ipsa re Diony-  
sius) ἀρχὴ φευγοεώς τε καὶ σοφίας: & Veritas, principium prudentiæ simul & Sapientiæ. Ut animanti oculos si  
eritis,

eruas, reliquum corpus inutile reddas: sic Historiam, si  
ab ea hoc lumen. In falsa & errante, quomodo non fal-  
lare semper & erres? talis firmiter numquam te diriget,  
aut tuas actiones. Nota altera EXPLANATIO

est. ut rem scilicet non fideliter tantum narraret, sed disponat etiam atque exponat. Quomodo, et quare, quidque

*gestum sit, addat: ut non modo causus euentusque rerum, sed ratio etiam causatique noscantur. Magis hec laus est. Polybii indice ita necessaria sunt et*

*γνα ἡταν, οὐ, Polybius invenit, ita neceſſaria, ut τοῦ  
non habeat quæcumque eā caret. Isopias δὲ, inquit, εἰν  
ἀφέλη τις καὶ Διὰ τί, @ Πᾶς, καὶ Τίνος χάριν ἐπράχθη, καὶ τὸ*

πραχθέν πότερα ἔντονος ἔχε τὸ τέλος, τὸ καταλειπόμενον ἀπῆς, ἀγάνομον μὲν, μάθημα δὲ εἰ γίγνεται : Ab Historiâ si-

quis auferat, Quare, Quomodo, Quo fine quidque sit actuū, & an ex ratione satis ceciderit, quid in eā reliqui id iudicrum magis erit, quā

*At Nota tertia, IUDICIVM. ut  
discrimen luxurianum rebus adhibeat: et hoc trahat.*

*discrimen lumenque rebus adhibeat: & hac probet, (sed breuiter, & quasi aliud agens,) hac damnat. quod præcipuum munus Annalium reor, ne viriutes si-*

praecepit. Munitus etiam autem fecerit, ne vitiales nileantur; utque prauis dictis factisque ex posteritate & infamia metus sit. O pulchra ista pars! & qua-

*actio*nēs vitamque omnem format et dirigit, si à iudicio  
tamen profecta directo. Nam prauus aliquis aut imperi-  
us.

*tus, frustra illuc se dabit: & cum suo tamen scrifis magis quam nostrâ noxâ. quia vanitas statim apparet. Hæ sunt tres illæ Note. quas in quacumque Historiâ reper-*

*autem et res tuae. Quia; quaevis in quaquamque Historia reperties, Veteris sine Novis, scito per eum probumque esse illuc aevorum. Scrutare.*

*Sed vīsne etiā ad sp̄cimen diſtinctē ſcriptores aliquot  
tales tibi iingerā? faciam: et ſi in hoc iudicio, iudicium meum*

Judicium  
Historico-  
rum, qui  
nobis pro-  
bi.

ipse in iudicium mitto. Distinguam per Tempora & Gentes. Inter Græcos veteres duo sunt mirificè mihi probi,

De Thucydide sententia nostra.

THUCYDIDES: qui res nec multas nec magnas nimis scripsit, sed palmam fortasse præripit omnibus qui multas & magnas. Elocutione totâ gravis & brevis, densus sententius, sanus iudicis: occulte ubique instruens, actiones vitamque dirigens, orationibus & excursibus pene diuinus. Quem quod sapienter legas, plus auferas: & numquam tamen dimittat te sine siti. Alter ab isto est.

De Polybio.

POLYBIUS: qui multa & præclara libris X L. composit: sed pars pleraque, aut tota periit, aut mutilata ad nos venit, cum fraude generis humani. Ille iudicio & prudentia Thucydidis haud dispar, curâ & stilo solutior. qui excedit, abrumpit, diffundit, & sèpe non tam narrat, quam ex professo docet. Sed recta & salutaria ubique eius monita: & quem ego hoc magis Principibus commendatum velim, quod anxiâ in eum inquisitione non opus, sed sensus suos aperit & reuelat ipse. Nam Thucydes sèpe artior & obscurior: eoque qui circa Principem magis, quam Principi aptus.

De Plutarcho.

Inter Græcos medios PLUTARCHVS est. qui non Historiam propriè, sed particulas Historie scripsit & ablègit, Illustrium virorum vitas. Sed dignus tamen, si quis alius, Principe scriptor. qui iudicium mirificè format, & diffusa ac planâ quadam scribendi viâ ad Virtutem ubique & Prudentiam dicit. sed ad illam magis: & nisi fallor, melior omnino quam acutior docttor.

De Xenophonte.

XENOPHONTEM prætereo? absit. Sed laudissimus ille Cyrus eius non habet hic locum, quem magis ad

gis ad exemplum vita, quam ad fidem rerum scribit. In reliquâ Historiâ (Græcanicâ inquam, aut Pœnæ) nè suavis ille, & fidus, certè circumspectus juri patitur: quo tamen haurias magis Prudentiam hanc ciuitatem, quam ut ultrò eam propinet. Sententias quidem & dogmata raro miscet. Sed iuvuit nos hic egregie via aliâ. cum Thucydidem adhuc latentem, & in suâ manu ut opprimeret (ô candidam, & ab omni emulazione vacuam mentem!) primus ipse protulit & diuulgauit.

Iam inter infimos quoque Græcos duo sunt, quos non contemno. Prior est NICETAS CHONIATES, qui res Græcanici imperij scripsit, orsus à \*Iohanne Commeno Alexij F. ad urbem captam, sive ad Baldvini num Flandrum. Is parum adhuc vulgo notus, fateor: sed dignissimus notitiâ: purum rectumque ingenium, si aliud illo aeo. Stilus eius operosus, poëtas & Homerum sèpe respiens: at res & narratio ipsa, distincta, composta, sine vanitate, sine ineptiis, breuis quod satis sit, & fidata. Crebra apud eum & opportuna monita: iudicia non libera solum, sed sana. Ad summam, legitè vos Politici, gratiam mibi aliquis pro iudicio habebit. certè debebit.

De Nicetâ.

\* Ab anno Christiano  
cc. cxviii.  
vsg. ad annū circiter  
cc. ccx.

Alter est, NICEPHORVS GREGORAS, De Gre-  
gora. qui historiam & filium narrationis eius exceptit, at non laudem. Scripsit enim ab urbe captâ res, ad Andronici Palæologi posterioris mortem: sed nequaquam pari castigatione aut industria, & virtus plura traxit sui aei. Superfluit, aut euagatur: & res orationesque proprias miscit, indecorè, immò inepte. Iudicia tamen eius crebra, & plerumque recta: causæ & eventuum curiosè posita: pietas inculcata, & multa opportunitate ad primam illam causam relegata, id est Deum. Sane Prudentiam & Fatum

non aliis scriptor asseruit magis. Legendus cum hoc nomine, tum etiam illo, quod pleraque eius Historia ab aucto nostro non dissidet: inquit lites dissenſusque in Sacris reperies, haud dissimiles hodiernis.

De Taci-  
to.

L A T I N I sequuntur. quorum agmen CORNE-  
LIVS TACITVS mihi ducat. Ante Liuum? inquies. Non eloquentia, aut aliis virtutibus: sed iis quas nunc consideramus, Prudentiae & Iudicij notis. Quis illo verius narrat, aut brevius? quis narrando magis docet? In moribus quid est, quod non tangat? in affectibus, quod non reuelet? Mirabilis omnino scriptor, et qui serio hoc ipsum agit, quod non agit. Nec enim Historia solum est: sed velut hortus & seminarium preceptorum. Ut iij qui vestes acu pingunt, ingeniosè gemmas inserunt, sine confusione aut noxa formarum: sic iste passim Sententias, serie narrationis nihil omissa aut lasa. Scaber tamen quibusdam & obscurus videtur. suone vitio, an ipsorum? Nam acutè argutèque scripsisse eum fateor: et tales esse debere, qui eum legent. Ideò Consiliarii magis Principium, quam ipsis commendo: qui habeant eum Sapientiae simul & Prudentiae verum ducent.

De Sallu-  
ftio.

Alter esto C. SALLVSTIVS, omnino primus, si libros modò eius haberemus. Sed Historiarum corpus illud totum perit: et ex his pauculis, admirari eum magis libet, quam anxiè iudicare. Illud video, Thucydidi simillimum esse: et ideo que de illo dixi, dixisse hic me puta.

De T. Li-  
vio.

Tertius est T. LIVIVS, magnitudine quidem & maiestate operis ante omnes. Diffusus ille & placidus, in concionibus maximè disertus, et talis omnino quem Fabius descripsit. Patauinitas ei obiecta ab Asinio: id est,

ide est, nisi fallor, sermonis quedam peregrinitas, nec tam in verbis quam stilo toto. Nos quoque supinum eum alibi, aut frigidum, immo & taurōloq; agnoscimus: deriuatur libenter tamen in exscriptores hanc culpam. Judiciis sententiisque bonus est, et si non frequens. quid refert? pro ipso loquitur docetq. copia tot cumentū et exemplorum.

Sequuntur scriptores duo, velut proprij Principum, & assidue iis in manu sinuque habendi. Q. CURTIUS: qui me iudice probus est legitimusque Historicus, si quisquam fuit. Mira in sermone eius facilitas, in narrationibus lepos. astrictus idem, & profluens, subtilis, & clarus; sine curâ vllâ accuratus. Verus in iudiciis, argutus in sententiis, in orationibus supra quam dixerim facundus. Quod si varium magis argumentum habuisset; fallor, aut variae Prudentiae eximum magis specimen prae-  
buisset. Sed Alexander, quid nisi bella?

C. CAESAR res suas ipse digessit: compositè sanè, & pari modestia ac libertate. In stilo sunt quæ culpem, sine eius tamen culpâ, nam malam aliquam & alienam manum accessisse, satis mihi liquet. Prudentiam non è verbis eius haurics, sed è factis: & maximè Militarem. Commentarij enim sunt, et nihil pollicentur praeter nudam simplicemque narrationem.

Inter mediæ aetatis scriptores (prob dedecus!) non est quem pro mediocri Historico laudem. Adeò labente imperio barbaries statim & squallor omnia occuparunt: & si qui scripserunt, ij ferè ad vanâ delapsi, falso vera, aut maiora vero, miscuerunt. AMMIANVS tamen MARCELLINVS fidei & iudicij satis clarus est, modò stili.

De C. Ce-  
fare.

De Am-  
miano.

Tac. II.  
Hist.

Lamb. L A M B E R T V M etiam S C H A F N A B V R-  
Schafna-  
burgense. G E N S E M haud planè contemno, in rebus Germanicis.

De Roder.  
Toletano. Vti nec R O D E R I C V M T O L E T A N V M ,  
in Hispanicis. Ut ergo bonus, quantum potuit in tali aeo.

De Comi-  
næo. At patrum & nostro aeo videtur Historia se commo-  
uisse. Scripsit eam ante annos paullo minus centum P H I-

L I P P V S C O M I N A E V S , ita laudabiliter, ut nihil ve-  
re ar componere eum cum quoquis antiquorum. Incredibile  
est quād ille omnia videat, penetret, arcana consiliorum  
eruat, & subinde instruat nos salutaribus rariisque prae-  
ceptis. & id diffusè Polybianò quodam exemplo. Quam-  
quam reuera Polybium aut talem aliquem ille nec vidit:  
& hoc quoque laudem eius auget, quād tanta præstítit,  
litterarum omnium rudis, solo vnu rerum peritus, & na-  
turali quādam iudicij bonitate. Ite nunc scioli, & lin-  
guarum aliquā cognitiunculā vobis placete. At Princeps  
noster hunc legit, & Enchiridium C O M I N A E V S illi  
esto. Dignus Alexandris omnibus hic P H I L I P P V S .

De Paullo  
Æmilio. P A V L V M Æ M I L I V M comitem huic do, qui  
in Galliis, & res quoque Gallicas scripsit, et si non Gellius. Ludouicus XII. decus hoc Italie abstulit, & vindicauit sibi. Ille, ut rem dicam, pænè unus inter nouos, veram & veterem Historiæ viam vidit, eamque firmo pede  
calcauit. Genus scribendi eius doctum, neruoso, pres-  
sum, ad subtilitatem & argutias inclinans, & relinquens  
defigēnsque aliquid in animo serij lectoris. Sententias &  
dicta sape miscet, paria antiquis. Rerum ipsarum sedulus  
scrutator, severus iudex: nec legi nostro aeo, qui magis li-  
ber ab affectu. Conuicium cui est, quād minus ille pla-  
ceat, quasi pauci sint qui capiant hæc bona. In tantis ta-  
men vir-

Tacit. De  
causis. corr.  
Elog. men virtutibus etiam hæ labecula. quād stilum parum ne-  
tit, & spargit diuiditque eum in minuta quedam mem-  
bra. Hoc cum in omni seriosa oratione parum congruum,  
tum in Annalibus minimè: quorum est, ut ille ait, tar-  
da quedam & iners structura. Deinde, quād inqua-  
lis. alibi nimium anxius & castigatus, ideoque subobscu-  
rus; alibi (sed rarerter) laxus & solutus. Veteris  
etiam nescio quid affectat in nominibus hominum, loco-  
rum, vrbium immutandis, & in veterem formam redi-  
gendi: sape eruditè, interdum vanè, sed, ut ego iudico,  
semper indecorè. Quorsum Chartierius Gallorum Can-  
cellarius, Quadrigarius mihi sit? Illeipse Cancellarius,  
dicatur Praefectus iuris? & vbique rex Tarragonen-  
sis, Castulonensis, Dux Geldubensis: qui nobis &  
maioribus fuerunt, Arragoniae, Castellæ, Geldriæ?  
Talia infinita sunt audacter & ambitiosè innouata, &  
cum fraude pariter ac cruce lectoris. In his, & paucis aliis,  
si refingere leuisiter eum nobis fas: (audio dicere.) virum  
daremus supra omnem hanc nouitiam, & ad priscam  
laudem.

Sunt & cui nostri Historici duo, quos tangam.  
F R A N C I S C V S G V I C C I A R D I N V S , prudens peri-  
tusque scriptor, & qui tales lectores suos facit. liber est  
& verax, ab affectibus immunis, si tamen ab odio, quod  
retegere mili non semel videtur in Ducem Urbinate. De Franc.  
Guicciar-  
dino.  
Sententias bonas vilesque inserit, sed parum astrictas.  
Vitia duo propria huius cui non effugit, Quād & iusto  
longior est, & Quād minutissima queque narret. parum  
ex lege aut dignitate Historiæ: quæ, ut Ammianus ait,  
discurrere per negotiorum cellitudines assueta, non  
humiliū minutias indagare caussarum. Sed nec  
orationes

orationes eius satis vegeta mihi, aut castigate. languent  
sepe, aut solutè vagantur. Denique, uno verbo, inter  
noscros, summus est *Historicus*: inter veteres, mediocris.

**P A V L V S I O V I V S** multorum iudicia magis  
De P. Io- acerba, quam libera experitur. Acriter valde in virum  
vio. eunt. Ego de eo sic censeo. Stilo bonum grauemque esse,  
et plane ad historiam: iudicio ac fide, ambiguum. Ubi  
affectus non distrahunt, rectum; ubi illi adsunt, obno-  
xiuum. Ad gratiam scilicet se dat et auram. Laudationum  
nec caussam saepe habet, nec modum. Gentis ux, Vastio,  
Medicis, nimis ex professo addictus. his quidem ita, ut  
Laurentium Medicem parricidiij reum velut apud iudices  
agat. Orationibus quoque aut frigidus interdum, aut ine-  
ptus. Laudandus tamen legendus que ob multiplicem et  
variam rerum seriem, quas rededit composite et dilucide  
in unum Historiae corpus. Tmò nec in Persicis aut Turcicis  
tam vanus, quam videri volunt: et fidem ei in pleris que  
adstrinxunt Turcici Annales, qui nuper prodierunt.

\* Hoc an-  
no, edente  
Io. Leun-  
clawio.

De Petro  
Bembo.

**D E P E T R O B E M B O** aliquid addam? illustri  
dignitate et fama vir fuit: quam tamen Historia sua Ve-  
neta apud me non auxit. Iacet in narrationibus, vel fri-  
get: in verbis affectatiunculas habet materie aut viro se-  
rio parum dignas. Nulla vox nisi ex Tulliano aut Iuliano  
penus: et quae sic dici non possunt (quippe noua, vel iis  
ignota) miro verborum ambitu comprehendit. Ipsa etiam  
tota scriptio et formula sic composite, quasi hec omnia  
Rome gesta, et republica illa stante. Sunt in quibus ri-  
deam, sunt in quibus indigna. et cum tam curiosè à ver-  
bis sibi cauerit, reperio alibi, quae, non dicam Tullianon  
sint, sed vix Latina.

Hec indi-

Hec iudicia nostra super præcipuis *Historicis* sunt.  
Nec enim omnes sanè aduoco. quid opus? Bonis ad usum. \*Et fateor  
Ex exemplum hæc satis sunt. improbis ad calumniam  
plus satis.

**A D Prudentiam** facit valide.] **Omnis**  
omnino Doctrina ad Prudentiam facit, et animi  
interior ille cultus. Tacite enim acuit, et iudicij vim  
Apud Dio- format. Aristoteles dicere solitus: οὐ μὲν δέχοις ἀπὸ τῆς πε-  
gen. Laërt. in Aristot. είχοτες ἀριστεῖς λαμβάνεις τὸ φῶς, οὐ δὲ λύχνοις τὸ μαθητικόν:  
τοῦ: Aspectus à circumfuso aere lumen accipit,  
mens à doctrinâ.

PAG. 26.

**Quia animum ad accipiendam illam**  
præparant.] **Nam** animus noster per se ferox, mol-  
lescit per doctrinam. **Si** frangit, discitatque affectus et  
omnes motus magis habere in potestate. Plutarchus pul-  
chrè: Οὐδὲ τὸ ἄλλο μετωπὸν εὐδυεῖται αὐτὸν αὐτὸν δέχεται, τὸ  
In C. Mar- λόγω δέξαμέν το μετίον, καὶ τὸ ἀγανάκτητον: Nihil  
cio Coriol. τοσαντὸν δέχεται τὸ φύσιον, οὐ πολέμου τὸ πατέει, τὸ  
Modestia inerit.

In C. Ma-  
rio.

Itaque idem ille scriptor Marcio Coriolano et C. Mario  
hoc defuisse ostendit, summis aliqui viris; qui, inquit, si  
Musis Gratias que litassent, non impetu ablati tam fœdum  
et turpem rebus suis exitum dedissent. Considera.  
Haurienda, sed ad usum.] **Abfit enim ut**  
Princeps hic desideat, aut in meditatiunculis consenescat. **Ad rem**  
**transferenda**  
**Doctrina.**

D

Ut qui

*Ut qui ignem à vicino perit, non illic haret, sed ablato eo domum suum accendit: sic capiendi à Doctrinā igniculi illi Prudentia, & ad usum actionemque Civilis transferendi sunt.*

*Qui fructuosa, non qui multa scit, sapit.]*

*Redundans scientia, inutilis.*

*Egregie in hacre Aristippus, σοφισμάτευ τινὲς οἱ τὸ πολυμαθεῖσαι, Ωρίπος χοῖ τὸ πλεῖστον τὸν γνωστόν, δηλαδὴ οὐ τὸν τὸν πλεῖστον τὸν γνωστόν, εἰσὶ σπελάσι: quo-*

*piam se iactante ob multi-scientiam, dixit, Ut non  
ii qui pluriū nūm comedunt & exescuntur, melius  
valent ii qui modice, ita non qui plurima, sed qui  
utilissima legerint, docti censendi & studiosi. Ergo*

*Iulianus hic nimius: modus tenendus, præfertim Principi. nec immerito Iulianus Deserter (alias magnus & multiplici virtute Imperator) male audiuit, tanquam Græculus litterio, &*

*Et Hadrianus: Philosophis nimium deditus. Sed nec Hadrianus extra  
culpam affectatæ supra modum doctrinæ. Peccauit pari-*

*Et Michael: Et Michael Duca filius, Byzantij Imperator, qui, ducentente Michael Psello, ita totum litteris se dedit, ut gubernatio rerum penes alios esset, & turpiter imperium dehonestaretur. Ego sanè Traianum aliquem malum, doctum  
leuiter, sed vigilantem, seruum, quam Principem otiosum  
& in litteris deliciantem.*

*Tenuitque, quod est difficillimum, ex  
Modus in Scientiâ. Sapientiâ modum.] Pulchra gnome & admo-*

*nitio. Sed quis igitur ille Principi aptus modus? Ego hunc  
censeo, ut neque nihil, neque omnia discat. Nam Ludovicum  
undecimum valde damno, qui filium Carolum  
bonarum artium rudem voluit, Ne esset, ut  
aiebat,*

*Procop. Da  
Bel. Goth.  
Lib. 1.*

*Tac. XIV.  
Annal.*

*Tac. IV.  
Ann.*

*Ioh. Zona-  
ras in An-  
nat. tom. ...  
XXXI.*

*aiebat, in consiliis capiendis, refractior, & tenacior  
sui sensus. Et mehercule hoc est affecutus. Nam illum  
iam regem duo trésue hominculi, & iij ex vilissimis, huic  
illuc pro suo arbitrio circum egerunt, cum magna subditorum  
indignatione & damno. Gothorum causa, pene dicam, iustior. qui, cum Amalassuinthia egregia fæmina  
filium suum Atalaricum liberaliter institui doceri que cura-  
ret, cœtu facto ad eam venerunt, querentes regem suum  
nec recte nec decenter institui. Nam ista omnia litteraria  
longè à robore & armis abesse, imò effeminari iis ani-  
mum & ad tumorem traduci. Quare hac annisteret, &  
magistros exueret, fatis amplis doctoribus instru-  
itus, maioribus suis. Parere Amalassuinthia debuit,  
cum rogantium post-damno. Hec mala & barbara sunt:  
atque omnia seria institutione formandi in primis illi, qui  
ita natu sunt, ut bona malaque eorum ad reimpub-  
pertineant. Qualis ea esse debeat, \* alibi commodius,  
si deo visum, dicam.*

*Affumeda  
falsum  
utilis.*

*\* In iis qua  
De Institu-  
tione  
cœcepimus.*

I V S T I L I P S I

AD. II. LIB.

## POLITICORVM

N O T A E

IN C.A.P. I.

PAG. 33.

Regni  
præstantia.

**P**E G N V M res inter deos hominesque pulcherrima.] Dicatum similimum in Plutarchi (*sive quis alius scriptor*) Euagrad: *Πάντες δια θεολογίαν σαν τεραπνίδα, καὶ τὸν θεόν αἰσχατῶν τὴν αὐτούς τινας, μηδέ τις οὐκ οὐρανού τον τούτου μεταμορφώσαται εἴναι:* Omnes fateantur, Regnū, inter diuinā humanaque bona, maximum, augustissimum, & summo studio appetendum esse. Atque ego si me effundere in asserendo laudandoque Principatu velim, benigna materia est, & ingenium seruat: sed malo te hæc ab aliis petere, qui in Politicis scribendis habent has Dissertatiunculas velut pro præcipuo scopo. Mibi alia mens est. & tamen quidquid ad rem dici potest, semina eius in Textu nostro iacta ferè habes. Quod scito me (semel moneo) alibi seruasse.

IN C.A.P. III.

PAG. 36.

Fæminas  
imperare  
mos.

**P**ro iisdem consensu aliquot gentes.] Pleraque gentes in Christiano orbe, excipio Galliæ regnum. Sed & veteres Asiatici ita usurparunt. Arrianus: *New-*

i. Derebus **Mus**: *Νεομυσμένον την Ασία, ἐπάπει Σεμιράμισσα, Εγυανα-*  
*Alexandr.* *καὶ ἀρχειν ἀρδπον!* Recepimus solitumque in Asiâ, iam-  
inde à Semirami, etiam fæminas imperium in vi-  
ros exercere.

IN C.A.P. IV.

*Apud Ni-  
net. Cho-  
niat. 1.  
Ann.*

**M**INORE discrimine sumi Principem, PAG. 38.  
quam quæri.] *Affidet Corneliana huic sen-  
tentiae illud Ireneis Imperatricis in re simili: ως δε βασιλέα  
μὲν επικόριτα ζητεῖ, παρόγε δὲ μη μετεργενεῖν:* Quod nec  
absentem Principem querere oporteat, nec præsen-  
tem demouere.

*Tac. I.  
Hist.*

*Tac. VI.  
Ann.*

**S**I V E etiam Regni ipsius natura hoc PAG. 40.  
fert.] *Potui addere caußam tertiam, Falsam de  
regnaturo opinionem. Nam quod Galba olim euénit, qui  
omnium iudicio dignus imperio, nisi imperaslet:  
id multis aliis, qui in bonâ spe, adepti denique imperium  
ostendunt eo se minores. Nec temerè à Pittaco dictum:  
Αρχαίδες δεκτέει: Imperium virum ostendit.*

**D**iuturnitate in superbiam mutant.] *Ægrē Regnum  
scilicet tam magna felicitas fertur. atque ita ipse Tibe-  
rius post tantam rerum experientiam, vi domina-  
tionis conuulsus est, ait meus scriptor.* depravat.

IN C.A.P. VI.

**V**treas opibus firma, copiis locuples.] PAG. 41.  
*Populus ab his externis Principatuum bonum ma-  
xime metitur. Itaque legi non sine risu in Mexicana  
D 3 Historiā* Externa  
bona à  
Principe  
postulan-  
tur.

*Historia libenter ita iucundè ritus novi illius orbis considero) morem ius fuisse, ut cum regem alium consecrarent, is iuraret in hac verba: Iustitiam se administraturum; nullum è subditis oppressurum. bello forte futurum. Effecturum ut Sol cursum splendoremque suum teneret, nubes pluerent, riui current, & terra produceret omne genus frugum. Quæ postrema viuis dei propria, vides ridiculè ab homine posci & promitti: idque ab hac causa.*

Reipub.  
Princeps  
seruit. Nec remp. tuam esse, sed te reip.] Hadria-  
nus *Emperor* in concione s<sup>e</sup>pe dixit, Ita se rempub. <sup>spar.</sup> in  
gesturum, vt sciret populi rem esse, non propriam. <sup>Hadr.</sup>  
*Vox aurea, & res multo magis, cùm p<sup>r</sup>æstatur.*

IN CAP. VIII.

**PAC. 46.** **I**LLE reip. status optabilis.] Partem hic magis Polybiane sententia, quam ipsam expressi. Atqui digna adscribi. Εγώ δὲ οἶμαι δύο ἀρχὰς ἔνεπε πάσης πολιτείας, δι' αὐτέρας ή φύκτας ουκέτι εἰ γίνεσθαι τάς τοι δικαιάδες αὐταῖς καὶ ταῖς ουσίστεις. αὗται δέ εἰσιν οὕτως ταὶ μὲν αἱρετά, ταὶς τε κατ' ιδίαν βίσεις τοῦ ἀνθρώπουν εἰσίες ἀποτελεῖς καὶ σώφρεγες, τό, τε κοντὸν πῆδος τὸ πόλεως ἡμερογενεπεργάζει) οὐδὲ πάλιον. τὰ δὲ φυκτά, ταύτατίσ.

IN CAP. IX.

Pæc. 47. **Q**VALES in rep. Principes, tales ciues.]  
Principes  
subditi  
emulan-  
tuz.  
*Theodericus rex Gothorum ad Senatum populum-  
que Rom. Facilius est errare naturam, quam diffi- Apud Cas-  
milem sui Princeps possit reipublicam formare. fiod. 111. Var. ep. xii.*  
*Ut igitur regulam oportet reEtiam esse, ad quam cetera ad-  
equantur: sic meritò Principerem, ad quem alij diriguntur.*

IN CAP.

IN CAP. X

**L**ICET, si libet.] In margine Lampridium PAG. 49.  
malè annotauimus: exstat apud Spartianum in Antonino Caracallā. Iulie Augustæ dictum est, priuignum suum ad stuprum inuitantis. & addidit amplius: An nec scis te Imperatorem esse, & leges dare, non accipere? Æque turpis & pernicioſa illa Anaxarchi adulatio. qui, cum Alexander lamentaretur ob Clytum interfictum, nec solatia admitteret: dixit, Ignorare illum, cur veteres sapientes Iustitiam adfestriceū Ioui fecerint. nimirum, quia quidquid à Ioue decretum, id iure quoque factum sit. Anaxarchi tales, sed occulti, vitam non hodie apud imperantes!

IN CAP. XI

**C**A V S S A S reosque audiat.] *Ipsēne? an per  
calos? Vtrumque, & hoc magis. Certe quin ipse  
quoque interdum Iustitiae illud munus in publico utlitter  
ac decorè obeat, non puto ambigendum. Veteres Impera-  
tores ac Reges fecere: Et Caroli etiam Magni Constitutio  
haec legitur. Hoc missi nostri notum faciant Comiti-  
bus & populo, quod nos in omni hebdomadâ  
vnum diem ad caussas audiendas sedere volumus.  
Populo autem dicatur, vt caueat de aliis caussis ad  
nos reclamare, nisi de quibus aut missi nostri, aut  
Comites, eis iustitiam facere noluerint. Ubi finem  
etiam huius consilij vides. nempe vt per supremum illum  
iudicem, ius scibili labat, corrigatur, firmetur.*

Medeatur noster Princeps.] Utinam, vti- PAC. 53  
nam! Lis-

Leges &  
lites reci-  
denda.

nam! Ludouico Galliarum regi X I. hoc propositum: & <sup>Comin.</sup>  
causidicina illa, vera tabes Galliae, nunc non esset, si ille <sup>Cap. cxxv.</sup>  
pauculos annos fuisset. Exoriatur alius, & efficiat ut <sup>Apud Flor.</sup>  
tandem viperæ illæ sibilare desistant. <sup>lib. IIII.</sup> <sup>cap. ult.</sup>

PAG. 61.

Fides pro-  
dea.

**I**N Capitolio vicinam Louis opt. max. es-  
se voluerunt.] Credo hanc eamdem mentem esse  
in Luvianis verbis: Apud quos (*Romanos*) iuxta diui- <sup>Lib. ix. in  
oratione  
Posthumij.</sup>  
nas religiones Fides humana colitur. Et profecto san-  
ctitas quædam in ipsâ fide. Scytharum legati ad Alexan-  
drum, pulchre: iurando gratiam Scythes sancire, ne <sup>Curt. vii.</sup>  
credideris. Colendo fideim, iurant. Græcorum ista  
cautio est, qui acta consignant, & deos inuocant:  
nos religionem in ipsâ fide nouimus. Qui non re-  
uerentur homines, fallent deos.

## IN CAP. XV.

PAG. 64.

Proni ad  
Superbiæ  
reges.

**I**N alto positum non alta sapere, difficile  
est.] Certè difficile. & magnæ felicitatis est, à <sup>Augustin.</sup>  
felicitate non vinci. Ut quiuis haud facile multum vi-  
ni fert: non item abundantem fortunam. Da mihi cir-  
cumspicissimum regem: tamen inter tot obsequia for- <sup>Curt. viii.</sup>  
tunæ, non satis cauta mortalitas est. *Natura, edu-  
catio, adulatio depravant.*

PAG. 65.

In eam re-  
medium,  
cognitio  
sui.

Non minus hominem se, quam homi-  
nibus præesse, cogitet.] Hoc primum remedium  
& cautio à Fastu, se cogitare. Externa illa omnia sunt  
quæ te inflant, astimari debes à te ipso. Illa abeunt, ve-  
niunt:

niunt: tu quid es, nisi vile infirmumque corpus? Vide non  
quid in te magnum habeas, sed quid tuum. Saladinus,  
Christianorum olim terror, qui Syriam, Ægyptum, &  
Africæ bonam partem subegit, morti iam vuinus, in cogi-  
tationem hanc serio descendit: & solam interiorem tuni-  
cam, pro omni pompa funebri, in hastâ sublimem ferri  
iussit, cum acclamatione, Hoc vnū ex domitore Orien-  
tis restare. O virum illâ & maiore fortunâ dignum,  
qui tam bene eam cepit! Nihil hic proprium aut tuum. co-  
rona, sceptrum, & omnia hæc ad quæ stupemus, à Deo  
sunt: & ne auferat, tu ad eum refer. Thymoleon, ma-  
gnum laudatissime dux, qui Dionysum Siciliâ eiecit, & in  
illustri gloriâ vixit, exemplo hic tibi esto. de quo Probus:  
<sup>In Thymol.</sup> Nihil unquam neque insolens, neque gloriosum ex <sup>Thymo-</sup>  
ore eius exit. Qui quidem cùm suas laudes audi- <sup>leonis</sup>  
ret prædicari, numquam aliud dixit, quam se in eâ  
re maximas diis gratias agere atque habere, quod  
cùm Siciliam recreare constituerint, tum se potissi-  
mum ducem esse voluerint. Nihil potest magis sa-  
pienter, magis Christianè.

Magnas arbores diu crescere, ynâ horâ  
extirpari.] Remedium alterum, cogitare Superbiæ <sup>Superbiæ  
depressio  
adlæret.</sup>  
affiduam comitem, Deiectionem & Pœnam.

*Sen. Herc.  
Far.*

*Laërt. in  
Chilone.*

Dominare tumidus, spiritus altos geret,  
Sequitur superbos vltor à tergo Deus.  
Nihil altum ille, præter se, vult. eiique proprium, τὰ μὲν  
ὑπὸ ταπεινῶν, τὰ δὲ τατεντά ἐσται: ereta deicere, deie-  
cta erigere.

Vidi cruentos carcere includi duces.] <sup>Varia &</sup>  
Remedium tertium, à fortunâ variâ nimis & incertâ. <sup>miseranda.</sup>  
sors regu.

*Tomambais existit:*

*Attabali-pax.*

*Quahutimoci.*

PAG. 66.

*Breuissermo optimus.*

*Vestis, & hæctalia, negligenda.*

*Hodie magnus es: et si aliis, aut nullus. Fugurtham in carcere, Perseum in eis diâ obusse scimus: et patrum memorid, quâm illustre exemplum Tomambais est! Ille Ægypti Africaeque Sulianus, in veteri & felicissimo regno, non solum eo subito exiuit, sed et ritâ. Arbiter paulo ante vitâ ne isque gentium, in urbe suâ principe, mulo vicatim per ludibrium circumductus, infami laqueo, & manu carnificis, strangulatus est. Quid sub idem illud cui, Attabalipa in nouo orbe magnus Rex, nômne in carcere, post infinitam vim auri quasi pro vita extortam, amisi: & vitam? In eodem tractu, rex regum Mexicanus, nec usitatâ quidem morte obiit, lento igne per summum cruciatum ustulatus. Que tam tragica exempla meritissimò verbis Seneca concludo: Quod regnum est, cui non parata sit ruina, & proculatio, & dominus, & carnifex? Nec magnis ista interuallis diuisa: sed horæ momentum interest inter solium, & aliena genua.*

*De Trag. Animi, cap. xi.*

*Oratio pressa.] Ut moneta illa optima, qua pretij plurimum habet in paruâ mole: sic sermo, qui sensus. Quid visurus sim, nescio. sed verboes valde & vna sapientes, nondum ego vidi.*

*In Cultu ne exuberet.] Iuliani Imperatoris familiare dictum fuit: Turpe esse sapienti, cum animum habeat, captare laudes ex corpore. Et sane viri magni, incuriosi rerum istarum levium. Carolus noster Quintus in ueste restrictus. Ludovicus XI. cultu corporis neminem familiarium antecivit. Julius Agricola (ita scribit de eo Tacitus) cultu modicus; sermone facilis; in Agriadeo ut plerique quibus magnos viros per ambitionem*

*Ammian. lib. xxv.*

nem

*nem aestimare mos est, viso aspectoque Agricolâ, quererent famam, pauci interpretarentur. Et quid exemplis opus? uno verbo, plerique illi veteres à πλάνες εὐτράπεζοι, οὐ διδόνοντες, αλλ' ξανθὸν ψαλλεῖσθαι ταῦτα πλάνες δίεσσην, τὰ δὲ ιπτάμενοι τοῖς ἀελαιοῖς ἐφάνετο: leuiter & sine curâ seipso habuerunt, non ab apparatu, sed ab animo reges, & introrsum à plebe differebant, extrorsum vel gregariis similes videbantur. Ego Græcorum Imperatoris (imagines enim existant) sine risu non aspicio, in purpura, in auro, in gemmis, & à capite ad calcem nō regiè sed muliebriter cultos.*

*Nec aliter de externâ omni specie censeo.]*

*Ut in comitatu, in victu, in omni tuâ vita quâ minimum sit Tragœdia & pompa. Ari Imperatoris illustre exemplum non omissendum, quia nec vulgatum. Synesius ita narrat. (Arius tamen attribuit, per errorem, rati opinor: quia \* Carnis res in Persias gessit, Carinus contra mollis, deses, & nullâ expeditione nobis.) sed is ita narrat.*

*Bellum ipserebat Persis, & iam ad Armeniorum dimites peruenierat. Illic militem curare corpus, & cibum è suo coniunctiv capete iussit, mox ex hostico (Parthoruim agros ostendebat) petendum. Dam id agit, ecce hostium legatos, qui adueniunt.*

*Atque illi opinabantur futurum primò, ut ad Proceres quosdam aulicos deducerentur: deinde dicrum aliquot interuallo, ad Imperatorem. Atqui inciderant casu in ipsius iam canante. Circumstatabat frequens miles, sed auto aut argento nihil cultus. Ipse tunica punicea induitus, iacebat in herbâ.*

*Cibus erat, vetus aliquod nigrum pulmentarium;*

*& in eo frustula quædam salsa suilla carnis. Cùm*

PAG. 67.

*Nimia & affectata pompa spernenda.*

*In p. 1*

*\* Vido Paniscam & Europ.*

*De Caro narratio amœna.*

autem legatos vidisset, nihil turbatum aiunt, nec quidquam immutasse. sed vocasse ad se vltro, & dixisse, Scire quod ad se venissent. nam Carum hunc ipsum esse. Lubere igitur vt renuncient iuueni suo Regi, Nisi resipiscat, futurum vt intra vnam Luhnam omnis eorum silua & omnis ager, magis nuda & lauia sint, quam Cari ipsum caput. & simul cum dicto pileum sustulit, & caput ostendit tam glabrum quam galea eius quem adiacebat. Et si quidem appeterent, iussit manum in ollam mittere: sin minus statim abire, & extra Romana praesidia esse, tanquam legatione omni iam defunctos.

*Ita me Deus amet, huc virum olen, imo heroem.*

## I N . C A P . X V I .

PAG. 68.

Externa  
superbia  
no ad Ma-  
iestatem.

**T**RISTIAM & arrogantiam exuas.] *Que duo imperite nonnulli adjungunt, quasi con- cilianda Malestati.* Plutarchus hos tales taxat. Qui mentem non habent, reges & Principes, inquit, imitantur imperitos statuarios. qui existimant colossos suos magnos & venustos futuros, si tibiis quam maximè diductis, & inflatis, & hiantes fecerint: sic isti grauitate vocis, & toruitate aspectus, & motum asperitate, & insociabili quadam vitâ, dignitatem & maiestatem imperantium exprimere se censem.

Nimia co-  
mitas  
haud bo-  
na.Periclis  
institutu-

Viles plerumque, qui nimium ciuiles.] *Omnino abstractione quadam opus ius qui gubernant, et ne nimis vigo se vulgent.* Pericles scit: qui antea familiaris maxime & comis, simul remp. attigit, ab omni cœtu amicorum & coniuicis se abiunxit, vita gente quodam

In Coment.  
Ad Princ.  
induct.

*In Pericle. quodam subdueto, et planè mutato. Caussam Plutar- chus adiungit. Deinde γένος, ait, αἱ φιλοφρεσούσαι παντὸς ὅγκος περιγένεται, Εἰ δυσφίλαχτον εἴ συνθέσαι τὸ πρὸς δόξαν σεμνόν:* Comitas enim facile fastum omnem atterit, & in familiari consuetudine ægrè custodias illud opinio- nis de te augustum.

## I N . C A P . X V I I .

Lib. xiii.  
Ann.Lib. II. Po-  
lit. cap. viii.

**N**E C tamen coniugum imperiis ob-  
noxius.] *Cum quod subsidium in eo, ut Ne regant  
feminæ.* inquit Tacitus, qui à fæmina regatur? *Cui tamen humili  
& seruili virtio plerumque feroce & militares gentes  
obnoxias esse, Aristoteles notauit: & hodie nos videmus.* Sed ut imperia mulierum, ita consilia non semper damno. Utiliter sœpe eas Princeps audiet: præsertim si qua à na- turâ paullo magis facta ad prudentiam & virtutem. An Augustum parvuit, Liuiam suam auduisse? Ferdinandum Hispaniæ regem, Isabellam? cui fæmina Consaluum, Cana- rias, Nourum orbem, electos Mauros, & hanc magni- tudinem suam Hispania in parte debet. Maritum enim suum, et si à se virum magnum, tamen haud aequè alcum aut splendidum, ad illustria illa facta impellebat leniter ac ducebatur. At in virtute priuatâ, eadem mirifica. Vino atatem abstinuit. artibus litterisque ita amica, ut sermo- nem Latinum, etate iam grandior didicerit, & auctores librosque intellegere atque interpretari potuerit. In for- tunâ & in morbis infracta, atque etiam in partu sic ma- gnanima, ut emitteret vix vocem. Rarum heroinæ exem- plum, & cum veteri omni aeuo comparandum.

Conuicia si irascare, agnita videntur: PAG. 71.

E 3 spreta,

PAG. 70.

Ne regant  
feminæ.Interdum  
suadeant.Isabellæ  
reginæ  
laus.

Magni  
Principes,  
in cōūicia  
fortes.

spreta, exolescunt.] Spreuit sanè Augustus, qui

cum audiret Ælianum quemdam male de se opinari solere:

Faciam, inquit, sciat Ælianus & me linguam habe-

re. Anno se item Philippus Macedo, suadentibus ami-

cis, maledicū hominem in exsilium mitteret: Minimè sis,

inquit, ne vagus & erro, apud plures de nobis male

loquatur. Plura & obvia talia exempla. sed cauete ta-

men vos canicule: quia non omnes Augusti sunt aut Phi-

lli. Ramirus Hispanorum rex mirè probus fuit & in

moribus simplex. ob eam rem cum irrisui Autiis esset, &

dictieris idem tideretur, ad extremum exarsit, &

vnde dicim viros nobiles ad se vocatos, in Oſcā vrbe gladio

percuti iuſit: addito dicto,\* Nescit vulpecula cum quo

ludat. Reipsā ſilicet ostendit periculum valde, rōs λόρες

νύρτη, leonem vellicare.

Ramirus  
aīter.

\* Non fabe  
la volpeia,  
con quién  
utrobiē.

Litterae  
promotio-

dar.

Sed cum  
modo.

Malē, qui  
tolunt.

Doctrinam non nihil ad hunc finem pro-

mouie.] Iure monco. nam, vt Symmachus ait, scimus

bonas artes honore nutriti, atque hoc specimen ef-

ſe florentis reip. vt disciplinarum professoribus præ-

mia opulenta pendantur. Sed tamen voculam, Non-

nihil, de industria addidi: quia vt tollere eas noxiū, ita

calide nimis promouere. Inſtimanus. τὰς τυπωθέσιας ἀνέραθι

ἐν ἑάσῃ τὸ πόλεαν διδόοδος οὐρανὸς τίς εἰ αὐτοῖς οἰδησκαλοὶ τῷ

λογικῶν τεχνῶν καὶ τῆς ημένην, ὅποι θήμας τῷ ἐπάρχει εἴσκοντε. καὶ

ἄπος τῷ εἰ ταῖς πόλεσι οἰδησκαλεῖσθαι ἔχολακότων ἀγροτία τῇ

ἡ ἀνταῖς πατηράτω: antiquitus constitutas in quoque

opido annonas, professoribus bonarum artium

dandas, de consilio Praefecti sui sustulit. atque ita

frigentibus passim per oppida Scholis, rusticitas &

barbaria occupauit inhabitantes. Mala hæc securis

quam

Lib. I epift.  
LXXXII.

Sueton.  
Aug. cap.  
LI.

Plut. in  
Apopb.

Rodoric.  
Sæc. Hisp.  
Part. III.

Sallust. ad  
Caſ.

Plutarch.  
in Lycurg.

Zonar. in  
Annal.

quam Thrax Imperator iniecit: sed illi quoque occulte no-

xij, qui effusè nimis promouerunt. Nam otium & mol-

litatem nullā re facilis aut honestius in animos irrepere

quam via hac litterarum, omnino est fatendum. Atqui

robur & virtus non sunt, ubi illa. Ut catuli ad ve-

nandum inepti, qui saltare & eiusmodi delicias docti: sic

ad virilia exercitia parum apti, cuius nimis exculti. Fran-

ciscum regem Primum, & Leonem Decimum, qui audiē

litteras excitarunt, in celum tollimus. Si propositum spe-

etamus, meritò, si finem & successum, amigo. quia reue-

ra alter Galliam suam, alter Italiam, cultiorern amœniorēm-

que reddit, sed vna & molliorem. Quid bone ſpeſe re-

liquum, ubi etiam famina paſſim in libris & litteris? at-

qui eō ventum. Mibi Spartani illi probi, qui ἡράματα

μὲν ενεργεῖς χρεῖας ἔμενον. οὐδὲ ἀλλη παιδείᾳ, πρὸς τὸ ἀρ-

χειρὸς καλῶς ἴγινε, οὐδὲ πατέρεν πονεῦτε, οὐκέτι μεχόμενοι:

Vſurpan-  
da ad  
vſum.

Litteras ad vſum ſaltem diſcebat. reliqua omnis

disciplina erat vt pulchrit̄e parērent, vt labores per-

ferrent, vt in pugnā vincenter. Et à Principe meo in

ſuis ciuib̄ id feruari, ſuadeam valde. Non nimis, non

omnes, ſtudiis ſe applicent. ſed Nobilitas tamen maximè:

quia patres valere decet consilio, populo ſuperuaca-

nea eſt calliditas.

## IVSTI LIPSI

AD III. LIB.

POLITICORVM  
N O T A E.

IN CAP. I.

PAG. 73.  
Difficile,  
gubernare.

**N**VLLVM animal morosius, nullum maiori arte tractandum.]  
Inde Liuianum hoc effatum: Exellen- Lib. II.  
tibus ingeniis citius defuerit ars,  
quā ciuem regant, quām quā ho-  
stem superent.

PAG. 76.  
Viri cele-  
bres & fa-  
pientes in  
domo  
Principis.  
decōri.

Princeps sapiens, sapientium cōmercio.]  
*Cominæus*: Nullum maius indicium bonæ mentis Capite  
xxxiiii.  
Princeps potest ostendere, quām vt adiungat sibi  
& familiariter vtatur viros virtute & famâ celebres.  
Nam omnes statim iudicabunt eum talem esse,  
quales ij qui apud illum. *Hoc fine vtile, non tantum  
in consilio, sed etiam in contuberno quosdam habere, insi-  
gni tranquillitate vitæ, nullis reip. negotiis perni-  
xtos.* Nam aliena hæc fama valde ad tuam famam. *Fta*  
*Alexandro Callisthenem, Scipioni Panatium & Poly-  
biuum, Augusto Areum & Athenodorum, aliis alios ad-  
hæsissemus, priuatim magis ornamenta quam publicè  
adumenta.*

IN CAP.

Lib. VIII.

AD III. LIB. POLIT.

41

IN CAP. III.

**S**ED qui parabis? iudicij hīc res est.] *Jmō* PAG. 73.  
Res etiam aliqua Industriæ. Nam iamantè prepara-  
ri quidam possunt, vt fiant apti. Turcarum Princeps à  
pueritiâ instituit, pacis aut belli futuros ministros. (et)  
Germanorum proceres Alumnos quosdam (ita appellant)  
suo sumptu educant, in eundem vsum. Quid si imitetur  
Princeps, & selecta quædam ingenia à teneris formari  
curet ad res Ciuiiles? laudem. Apud Macedones quid ser-  
uatum, Q. Curtij verbis dicam. Mos erat Principibus  
Macedonum, adultos liberos regibus tradere, ad  
munia haud multum seruilibus ministeriis abhor-  
rentia. Excubabant seruatis noctium vicibus pro-  
ximi foribus eius ædis, in quā rex acquiescebat. Ij  
actos ab agasonibus equos, cùm rex ascensurus es-  
set, admouebant: comitabanturque & venantem,  
& in prœliis, omnibus artibus studiorum libera-  
lium exculti. Præcipiuus honos habebatur, quòd  
licebat sedentibus vesci cum rege. Castigandi eos  
verberibus, nullius potestas præter ipsum erat. Hæc  
cohors, velut Seminarium Ducum Præfectorum-  
que apud Macedonas fuit. hinc habuere posteri re-  
ges, quorum stirpi post multas ætates Romani opes  
ademerunt.

IN CAP. IV.

**O**PTIMVM quemq. fidelissimum puta.]  
*Rex Salomon (cuius scripta diuina humanaque  
Sapientiae plenissima, vti & Syrachæ, vnicè tibi com-  
mendo.) paucis verbis: Consilia impiorum fraudulen-*  
PAG. 79.  
Salomo-  
nia scripta  
planè di-  
uina.  
F ta. Exclu-

Decoctores nō apti ad Cōfiliā. ta. Excludo autem ab hac probitate etiam eos, qui rem suam priuatim male gesserunt, conturbatores aut decoctores. Basilius Imp. ad filium. Συμβέλοις δὲ χρᾶς Τίς καλῶς Cap. xviii. τὸν ἐπὶ ὄντεων βελόστηροις καὶ διονήσαις, ἀνὰ μὲν Τίς καλῶς οὐδὲ αὐθέλιας τὰ ἔκατον ὅποιοι μήτεροι. οὐδὲ καλῶς τοῖς τὰ ὄντεια σταθεῖς, εἰδέποτε καλῶς βελένει περὶ τῆς αἱλοφύων: Consiliariis utere iis, qui rebus propriis bene consuluerunt, recteque eas administrârunt, non autem qui per imprudentiam male. Nam qui suis rebus male prospexerit, numquam ille bene consuluerit alienis.

Morū animorumque prouinciæ gnaros.]

Consilia-  
rii lingua-  
rum periti  
sunt. Etiam lingue: si tamen sermo diversus, in locis qui tibi pā-  
rent. Nam isti qui per interpretēm accipiunt omnia aut  
reddunt, nec tam grati nec tam idonei ad agendum. ac mul-  
ta necessariō eis fallunt.

PAG. 83.  
Consilia-  
rii exteri  
mali. Non exterō temerē, non aduenas.] Nota Princeps. nam hīc peccamus. Ut vulgō remēda quē-  
dam ab Afris aut Indis petita aestimamus: sic plerumque  
externa ingenia preferuntur internis. At non oportet.  
Primum, quia ab hac re turba. Indigenae haud facile con-  
coquunt, in suā rep. plus aliquid credi aut tribui alienis.  
Indē liuor, questus, & auersio quadam animorum. Se-  
cundō, quia raro illi, morum, ingeniorum, & totius reip.  
Turbant  
statum. Imperiti  
eius sunt. periti. Plato autem breviter & reētē dixit: Εἰδότε περὶ Alcib. i.  
ἐνάς & οὐ μέλη: Consilium eius est, qui rei cuiusque  
peritus. Quod idem glibi diffusius: περὶ πάντος μία ἀρχὴ  
Τίς μέλλει καλῶς βελένεις, εἰδέναι περὶ τὸν οὐ οὐ βελή, οὐ πα-  
τές ἀμαρτάνεις άράται: In omni re consulendi princi-  
piūm, nosse id de quo consilium institutum: aut  
totā

In Phadro.

Non apta  
cum aut  
curant. A D III. LIB. POLIT. 43 totā viā aberrare necessum est. Tertiō, quia etiam si iis peritia, vix tamen affectus aut fides. Qui potest in alienam rem publicam? in quā semper illud cogitent: Mihi istic nec seritur, nec metitur. Itaque ad commodum suum, aut arbitrium Principis, videbis pleraque ab iis re- ferri. Quartō & ultimō, quia vīsu compertum consilia externa fēre esse infausta. Alexander male audire cōpīt, Infelices sunt. cū Persas audiit: Romani labi, cū Gracos & exterōs: nōst̄ Carolus Audax, (ne plura cumulem) cui ruinam suam nīsi Campobacchio debet? Effatum hoc habe. Ut in quā domum vespillones veniunt, signum est funeris: Ruit res publica, quā iī su- stinent. sic reip. labentis, ad quam fulciendam adhibentur peregrini. Quod tamen ita intellego, si multi. nam vt vñus aut alter interdum, fide aut ingenio valde cognitus, haud per tinaciter damnem.

Item Senes.] Qui tales non annis magis, quam Senes à moribus. Nam in quibusdam, vt ait Seneca, non quoq. affi- pueritia, sed, quod est grauius, puerilitas remanet.

Consilia senum, hastas iuuenum esse.] VII. Polit. cap. IX. Pindari dictum est, vt iē Plutarchi Lycurgo videbis. cui Iuuenes inepit ad hoc Aristoteleum velut interpretamentum addit: ή μὲν δύ- remp. ναυις εὐ νεοτερεγεις, η δὲ φρόνης εὐ προσευτερεγεις εἰς: Vires in iuuenis, Prudentia est in senibus. Juuenes autem non solum à consiliis, sed omnino à rep. amouendi, causā duplice. Primum, quia Temeritas & calor in iis. Atqui cūm ad gubernacula reip. teinerarij atque audaces homines accedunt, maxima ac miserrima naufragia fiunt. Deinde, quia non cadit in etatem eam Auctoritas: que tamen ad iubendum suadendumque plurimum valet. Opinio sape de aliquo, plebem magis mouet, quam Causā vnā: res aut.

Cic. De  
Senect.

Soloneos omnino arcuit. res aut ratio ipsa. Solon igitur iure retinuit τὸν σφόδρα οὐκέτο γυναῖκας <sup>apud Stob.</sup>  
μήτε ἀρχεῖν, μήτε ξυμβελεῖν, εἰ καὶ δεισα δοκοῖοι γνῶμεν. <sup>\* A quibus Ixus, ab his doctus.</sup>

Annæ leges vtilissimæ. ἔχει: valde iuuenem neque magistratum gerere, neque consulere, etiam si optime à mente constitutus esse videretur. Rei etiam Romanae grande olim fulcrum, Annariæ leges: quas male amissas bonus sapiensque Princeps reuocabit.

Felices vix sapiunt. Fortunâ variâ exercitos.] Nam qui adsiduè in rebus prosperris & laetis, quid sapiat? Non temerè aduersâ casuum reputat, quem Fortuna nunquam decepit. At qui aliam eam expertus est, magis ille ad Modestiam factus & Cautionem, præcipuas Prudentiae partes. Pindarus rectè:

—ο πονήσεις δὲ νόος

Kαὶ προμάθεια φέπει:

Qui mente laborauit,  
Prudentiam inde aufert.

Tacitus item de Carætaco, Quem multa ambigua, Ann. XII.  
multa prospera extulerant, ut ceteros Britannorum Imperatores præmineret. Annibal de se, ad Antiochum: Hæc suadeo: qui vt non omnis peritissimus sum Liu. XXXV.

Principes tales, optimi. belli, cum Romanis certè bellare bonis malisque meis didici. Nec solum Consiliarij, sed ipsi Principes optimi & prudentissimi, qui aliquando in aduersâ sorte.

Carolus v. Carolus V. Galliarum rex mira sapientia fuit, atque adeò cognomen id etiam tulit: sed quem Fortuna à teneris annis magis iactauit? Patrem suum Iohannem capi abduci

Ludouicus XI. callidus. que vidit, & regnum pñè totum occupari ab Anglis. Ludouicus XI. plane callidus. sed ille quoque nonne per annos sex à patre & patria profugus, apud Philippum Ducem

Emanuel cautus. Burgundia egit, velut exsul? Emanuel Allobrogum nuper Princeps,

Princeps, in eâdem hac classe. Verissimum igitur Gra- corum verbum: \* Εξ ὧν ἐπαδεῖ, ἐμαδεῖ: & Miseria Pru- dentie bona mater.

Quod satis sit, acutos.] Profet eti malo & inepti, qui nimis. Disputare & sermocinari magis, quam suadere possunt: & tempus sape terunt, milium, quod dicuntur, terebrando. Tu scito, caput omne consilij esse non

in acumine aut sermonum rationumque copia, sed in direcione quâdam iudicij norma. Ea autem plerumque his acrimalis abest. Machiauelli vide. quid eo acutius? at parum bonus aut felix ille Cæsari Borgiae Consiliarius, quidquid excusat se & fatum accuset. Vide Clementem VII. Pontificem. miram ei ingenij vim omnes tribuunt: sed in actionibus consilii que quam infelix, Roma scit & nunc etiam dolet. In populis ipsis hoc notabis. Quis nescit Athenienses ante Spartanos, Florentinos ante Venetos,

ingenio & acrimoniam fuisse? melius tamen constantiusque hos remp. suam direxisse omnes videmus. Causæ huius rei tres. Prima, quam in Textu libavi. quod velocia ista in-

genia semper mouent aliquid, & nec quieta, quieta sinunt. Altera, quod in multiplici inuentione & rationum copia plerumque natant, & agre expedient aliquid cui insistant.

Tertia, quod ea sibi proponunt que non sunt, non erunt, & mentem consiliaque aduersarij astimant à subtili suâ mente. Atqui ille sape stipes. nec quidquam tutius (obiter moneo) quam de consilii eius, ex ipsis indole moribusque iudicare, aut eorum qui apud illum magni. Sed aliquis hic querat. Quid ergo? subtile quonia damnas, etiamne litteratos? Haud prorsus. ego verò libenter eos in Consilium admitto, sed qui non sint hoc tantum. Nam qui sola & nuda ista cognitione litterarum se iactant, valde repellero.

Rationes item tres.

An litterati apti ad Consilia?

Per se, non nimis.

Constantius Imperator Constantini. *F*ame quidem iudicet,  
valde hic peccavit: qui, ut ait Zonaras, unde ea tñ γερεσία In Con-  
siderat, ὃς παιδεῖας μὴ μετέληχεν, εἰδὼς τὸ λέγον,  
καὶ ἡδει γεράφειν εὐπέρειας τε οὐτε λέγει: neminem in Senatum  
allegit, nisi eruditum, quique se ad dicendum exer-  
cuisset, & sciret scribere vincitā oratione & solutā.  
Nimis tribuit nostro generi: nec vel doctissimi semper ad  
remp. apti. Necessum est adhinc alia illæ dotes, de quibus  
in hoc Capite monemus. Quas si adferunt: o magnos tunc,  
et Principi optandos! Nam desiderabilis eruditio literarum, quæ naturam laudabilem eximiè reddit  
ornatam. Ibi prudens inuenit, vnde sapientior fiat:  
ibi bellator reperit, vnde animi virtute roboretur:  
inde Princeps accipit, quemadmodum populos sub  
æqualitate componat. Nec aliqua in mundo potest  
esse fortuna, quam litterarum non augeat gloriofa  
notitia. De his talibus ipsa Sapientia loquitur: Ego Sa-  
pientia habito in consilio, & eruditis intersum co-  
gitationibus.

*Proverb.*  
viii.

## I N C A P . V.

PAG. 81.

An Sacer-  
dotes in  
Consiliis?

CONCILIORVM gubernaculum, Lex  
diuina.] Apparet ergo meritò consilii interesse  
debere viros Sacros religiososque: id est, legis eius peritos.  
Tamen alij abnuunt, et indecoram atque iniustilem censem  
hanc mixturam. Nicephorus Gregoras inter hos videtur.  
Ov. δο, inquit, Σπειρα τερεματικὴν πρόξεις πολιτικὴν, ὡς τὰ Hist. III.  
πολλὰ, συνέναι πεφύκασθαι: Non enim Spiritualis contem-  
platio, & Civilis administratio, ut plurimum, inter  
se iunguntur. Et Synesius Cyrenensis Episcopus multo  
apertius: Πολιτικὴν ἀρετὴν ιεροσοῦντην σωστήν, τοῦ πλάθειν tota.

*Epistola*  
lxvii.

ἢ τὰ αἰσθητά: Ciudem virtutem iungere cum  
sacerdotio velle, est miscere omnino non miscenda.  
Ac plura et diffusè in eam rem ibi scribit. Quid ergo  
nos? cum venia sic censemus. Interesse eos posse, ino et  
debere: sed rarerter. tunc videlicet, cum de rebus plane  
seriis grauiibusque agitur, et quæ tangunt vniuersum sta-  
tum. Nam tunc sane quidni audiantur? siue vt robur  
et autoritatem bona sententia adferant, siue vt repre-  
mant coercentque in aliis ruentes. Nam quanquam  
illi rerum Civilium propriè non periti: tamen saepe etiam in  
istis saluberrimè consulunt, et Syrachides non falsò scri-  
psit: Anima viri sancti enunciat aliquando vera,  
quam septem circunspectores sedentes in excelsò.  
*Ecclesi. cap.* At semper tamen eos et adsidue, etiam rebus consiliisque  
minoribus adhiberi non probem: nec id mihi aut ex illo-  
rum videatur, aut publico usu. Districti videlicet ter-  
renis curis, celestia illa deserent, nec terrena ipsa (quippe  
aliud illorum munus) satis commodè aut decorè admi-  
nistrabunt.

Viri sancti  
supra Pru-  
dentes  
saepē sa-  
piunt.

Libertatem secundò.] Magnum in Consilia-  
rio atque utile munus, ut libera ei lingua. Soloni olim re-  
tete: Συμβολεῖ μὲν τὰ ἱδιαῖα, ἀλλὰ τὰ κάλλιστα: Consule  
non quæ suauissima, sed quæ optima sint. Sic oportet.  
nam rara hac nimis in Aulis Principum virtus: et  
vis scire cuius rei inopia laborant magna fastigia?  
*Sen. vi. De* quid omnia possidentibus desit? ille qui verum di-  
*Benef. cap.* cat. Certamen plerumque adulatiois est: et dant se non  
magno alioqui solū, sed bis qui magni apud magnum. Pla-  
centini aut Laudenses fere hoc totum genus, pauci Ve-  
ronenses. Inter hos tu es: et scito libere te semper  
cum Rego loqui posse, sed non de Rege. Cum modestia ta-  
men: ad

PAG. 82.

Liberi &  
veraces  
consiliarij  
esse debet.Rara ea  
virtus.Adulatio  
regnat.

Temper-  
da tamen  
libertas.

*men: ad quam Hephaestion ille tibi praedit apud Curtium: Libertatis quoque in admonendo (Alexandrum) non aliis ius habebat: quod tamen ita usurpabat, ut magis à rege permisum, quam vindicatum ab eo videretur.*

Mutatio  
in consiliis  
turpis.

Caroli v.  
iocus.

*Tertiò Constantiam.] Turpis enim & fada illa vacillatio sententiam mutantium, et certum signum non certae mentis. Idque cum singulis Consiliariis, tum magis Consiliis, vitandum. ne audiatur illud, quod Carolus v. Imp. facetè concilere in Germanorum conuentus solet. quos assimilabat viperis: quia (siebat) ut iste matres suas tollunt; sic illorum posteriora decreta, priora.*

Fas ali-  
quando  
mutare  
consiliis.

Sed cum  
causâ.

*At non Rigorem.] Consilia enim ad euentus et tempora accommodanda & saepe inflectenda sunt: atque, ut Plato ait, χρὶ ὁστερὸν πάσις κύειν, ἀρδος τὰ πεπω-  
κότα τιθεῖται τὰ διυτες αράγματα, ὅπη ὁ λόγος ἐρει βελτίς ἀν-  
τίχθιν, αὐλά μὴ περσταίσαιται, καθάπερ παῖδες, ἔχομένες τὰ  
πληγήτες, ἐν τῷ βοῶν διαφένειν: oportet, tanquam in talorum iactu, ad id quod ceciderit res suas aptare, quocumque modo ratio id optimum esse dixerit. non autem, quasi pueros, ipsos quoque cadentes, firmiter eam rem tenere in quam impegeris, & clamando quiritandoque tempus consumere. Consilia ergo noua pro rebus nouis, aut ubi priora improspera.*

PAG. 83.  
Reges le-  
niter re-  
gendi.

Callisthe-  
nes præ-  
fatus.

*Arte enim & flexu quodam opus saepe.] Seneca appositi: Huc illuc frænis leniter motis fle-  
xendus est animus, paucis sui rector optimus. Ple-  
rique enim rectorum rectore alio egent, et si palam habere  
eum spernūt. Callisthenes hic offendit, qui præter monita  
magi*

v. De Bo-  
nef. cap.  
xxv.

Lib. IIII.  
De reb.  
Alex.

*magni sui Doctoris, nimis apud Alexandrum abscisus &  
asper. Quæ debebat dicebat, sed non quomodo debebat.  
Arriani cantæ sententiae ego accedo: καὶ τότων ἦν δοτα ἐς  
ἀλεξανδρεῖαν οὐκοῦτο τὸν Καλλισθένας φέρεται,  
ἐδὲ εἰδαμιν ἑπανώ αὐλά τὸ πατρὸν γε κοσμίως τιθεῖται  
ἔπαρκεν φυνι, ἀνέργοτα (αἱς αἰνὺσθν) τὰ βασιλέως αράγματα,  
ὅτῳ τοιούτῳ εἰς ἀποτίνωσε. οὐδὲν ἀπεκόπει δι' αἴπεχθείας  
γνέεται Αλεξανδρεῖαν Καλλισθένην τιθεμαι, ἵνα τῇ αὐλάρω τε παρ-  
ρησίᾳ, καὶ οὐ περόγνω αβελτηρίδι: Ego verò nihil eorum,  
quæ vel ad Alexandri iniuriam, vel ad Callisthenis  
morositatem pertinent, laudauerim. Sed illud aio  
& statuo, sufficere ut seipsum modestè habeat ge-  
ratque, & Regis, quoad fieri potest, negotia pro-  
moueat is, quicumque adesse & seruire illi in ani-  
mum semel induxit. Nec immetitò grauem suis  
fe Alexandro Callisthenem, tum ob intempesti-  
uam libertatem, tum ob superbam stultitiam.*

*Quoties necessitas ingrueret, prudenter  
moderans.] Preclarum huius Pisonis exemplum;  
atque omnino imitandum. Plato ad Dionis Propinquos:*

*Επισ. VI. Regibus  
non fra-  
stà obni-  
tendum.*

ταυτὸν δὲ καὶ πόλεως αὐτὴ διανοέμενον χρὶ τὸν τοντοφεγ-  
ρα. λέγειν μὴ, εἰ μὴ παλᾶς αὐτῷ φάγοτο πελτούσεως, εἰ μέλλοι  
μήτε ματαίως ἐρει, μήτε διοδανεῖται λέγειν: Hoc eodem  
animo erga patriam suam affectionem, viuere pruden-  
tem virum opòrteret. Dicere quidem, si quid non re-  
ctè administrari ei videatur: sed ea lege, si futurum  
putet ut neque frustra dicat, neque dicendo vitæ pe-  
riculum incurrat. Quod tamen ita verum, nisi rex  
aut regnum periclitetur. Nam tunc nullum discrimen:  
bonum consiliarium teneat, quin clamet.

Quinto Silentium.] Omnino seruandum in  
G. consilio,

**Confiliarij taciti fato.** *Consilio, quod vim habere vis aut vsum. Et seruan-*  
*dum etiam tuā consulentis causā. quia arduum nimis* <sup>Cassiod.</sup>  
*est, meruisse Principis secretum, vbi siquid cogno-* <sup>VIII. Var.</sup>  
*scitur, prodi vel ab alio formidatur. Alexander*  
*cūm arcanas quasdam litteras Hephaestioni legisset, detra-*  
*ctum annulum ori eius admouit. quisque sibi id factum*  
*putet, & simul in Consilium lectus est, os sibi clausum à*  
*Principe signatumque. Persas cogita: apud quos, ait*  
*Ammianus, nemo consiliorum est conscius, præter* <sup>Lib. xxii.</sup>  
*optimates taciturnos & fidos, apud quos Silentij*  
*Sicut apud Romanos. quoque colitur numen. Etiam Romanos. quorum Ju-*  
*ria, in tanto numero Senatorum, silentio sic yndique clau-*  
*sa, ut non dicam vnuim, sed neminem audisse cre-*  
*deres, quod tam multorum auribus fuerat com-*  
*missum. Notabile illud de Eumene rege: qui cūm Ro-*  
*mam venisset, & regem Persem in Senatu accusasset, ac*  
*de toto bello cum patribus deliberasset: in præsentia ni-*  
*hil, præterquam fuisse in Curiā regem, scire quis-*  
*quam potuit. bello denique perfecto, quæque dicta*  
*ab regē, quæque responsa essent, emanauere. Mira*  
*& diuturna silentij fides.*

## IN CAP. VI.

PAG. 84.

Diffidia in  
Consiliis  
mala.Ad limen  
Curia po-  
nenda.

**D**I S C O R D I A inter consuasores.] *Pernicioſa ſemper, non aliter quam ſi remiges. & naute digladiantur in vna aliquā nauī. Tacitus notat: Iulius Clafficianus Suetonio diſcōrſ, bonum publi-* <sup>Annal.</sup>  
*cum priuatis ſimultatibus impediebat. Et ſemper*  
*ita euenit, vbi inter collegas emulatiōnes. Quid remedij?*  
*ut aut ponantur ea, aut certe ſeponantur. Aristidis*  
*exemplō: qui Themistocli valde aduerſus, cūm tamen vna*  
*in legatio-*

*in legationem mifſi eſſent, & ad portam Vrbis veniſſent:*  
*Vilne o Themiſtocle, inquit, iniicitias paullisper*  
*hīc deponamus, recepturi eas cūm redierimus?*  
*Sciebat ſcilię rem communem, ſine communione animo-*  
*rum, numquam recte administrari.*

**Auaritia, ſiue rei ſuæ ſtudium.] Ah peſti!** <sup>Auaritia  
arcenda.</sup>  
*Nullum enim eſt officium tam ſanctum atque ſol-*  
*leme, quod non auaritia comminuere ac violare*  
*ſoleat. Cauenda illa, & omnes ad eam cauſſae. Ideo*  
*prouide illi populi: quibus legem fuiffe Aristoteles ait,* <sup>Polit. vii.  
cap. x.</sup>  
*vt qui agros limitaneos hostibus haberent, non ad-*  
*mitterentur ad Consilia belli gerendi, quaſi ob pri-*  
*uatæ rei aspectum ſuadere minus commode poſ-*  
*fent. Nec Principi remedium hīc aliud, quam vt ne na-*  
*turā tales eligat: & item vt prolixè cum eleſtis agat, at-*  
*que omnia aſe exſpectent.*

**Lex Thebanis, quæ vetuit.]** *Videntur re-*  
*mouendi à reipub. administratione mercatores, cauſā non*  
*vna. Primum, quia conſuetudine & inclinatiōne aua-*  
*ri: ideoque facile publicam rem, in ſuam vertant. Secun-*  
*do, quia parum magnanimi aut ſplendidi: atque, vt Ari-*  
*ſtotelis verba vſurpem, ἀχινέο Τιθός Bios, n̄ ἀρπάζει*  
*τεράνος: parum generofa hæc ratio vita, & virtuti*  
*aduersa. Tertio demique, quia in publicā perſonā Au-*  
*toritatē id minuit: & vt Liviū ait, quæſtus omnis*  
*indecorus Patribus eſt viſus. Ab hac ſententiā fateor*  
*me ſtare, praſertim in Regno: Vbi tamen aut rara nobi-*  
*litas, aut plerique honestiarum amplexantur id genus vita:*  
*non nimis eos repellam. & ſcio Venetos, Florentinos, Ge-*  
*nuates, Batauos ſic vſitaffe, haud magno ſuo malo. Quin-*  
*etiam olim*

VII. Polit.  
cap. ix.

Lib. xxii.

Mercato-  
res nō apti  
ad Conſi-  
lia.  
Cauſſae.Interdum  
tamē ad-  
mittendi.

*viss eorū  
Principi.* etiam olim dignitatem mercaturæ fuisse, *Plutarchus* In Solone. tradidit: ut, quæ commoda ex regionibus barbaris afferret, amicitias cum dynastis conciliaret, & ad multarum rerum peritiam conferret. Nota Princeps. Et hoc genere hominum cum fructu s̄a p̄tere, sive ad explorandum, sive ad ingressum & aditum aliquem apud longinquos & ignotos faciendum. Nonne hoc Lusitanis regibus limen ad Orientis regna & primus gradus?

## I N C A P. VII.

PAG. 89.

Præfiden-  
tes, noxijs.Cum me-  
tu consu-  
lendum.

**F**IDUCIA.] Noxia valde in consilii, quia suas alienasque vires parum liberat, & euentus omnes aptat ad sua vota. Princeps eadem s̄a p̄t fallit. qui natu-  
rā magni, libenter audiunt hos magnanimos, & spem Lin. xxii. magis ipsam, quam spei caussam intuentur. Arcenda, Ad. 18.  
videndumque semper ne illud audiamus: ποὺ ἐσφάχται, Gracor. d̄peis: Priusquam occideris, excorias. Polybij Sanum Lib. II. hic dogma, iubentis: μηδέποτε βελεύεις περὶ τὸ μέλλοντό, τὸ  
ἵδη γεγονότο, μηδὲ αρκατελπίζειν βεβαμένες, οὐ περ ἔν δικῶν  
ἰνδεχόμενον εἰν ἀλλως γνέας, νέμετο δὲ μερίδα τῷ πασχόξῳ  
πανταχῇ μὲν ἀνθρώπεις ὅντες, μάλιστα δὲ τοῖς πολεμικοῖς:  
Numquam de futuris rebus, tamquam iam factis, deliberare; neque præfidere constanter in iis quæ aliter euenire nata sunt: sed partem aliquam inopinato euentui relinquere, cùm ubique homines simus, maximè vero in rebus bellicis.

Imperiū  
plerique  
stolidi.

Cum sapientiā non commiscetur.] Non hercules, cùm sit Imperiū ipsa proles. Thucydides: Ανα-  
θία μὲν Θράσος, λογισμὸς δὲ ὄχιον φέρει: Inscitia Fiduciam, Lib. II.  
Prudentia Cunctationem gignit, sive ut Hieronymus  
trahit via.

*Epist. ad Enagri.* transtulit: Imperia Confidentiam, Eruditio Timorem creat. Cui apud reges Adulatio etiam s̄a p̄te mi-  
xta: dum auribus illorum seruunt, & tam magnos vali-  
dō que eos faciunt, quam videri volunt. Talis Minō ille  
Lin. xxxv. apud Antiochum: qui ignarus omnium extenorū, viresque æstimans regis ex rebus in Asiā Syriāque  
geltis, temere eum impulit ad Romanum bellum. Accessit  
eiusdem ingenij nescio quis Alexander Acarnan, qui tan-  
quam non ytrum bellandum nēcne esset, consule-  
retur, sed ybi & quā ratione bellum gereretur, vi-  
ctoriam se haud dubiā animo proponere affir-  
mabat. O pestilens genus, præscriptim ybi Princeps ipse  
ad typhum & fastum inclinat!

Aut ad-  
latores.

Consilia calida & audacia.] Quæ tamē  
haud semper improba, nē erres. In communi quidem ad-  
ministratiōne rerum valde damnanda: at in novo aliquo  
aut subito discrimine, ut iliter & necessariō s̄a p̄t adhi-  
benda. Doct̄or noster regulam hanc suggestit: Cuncta-  
tionē non opus, ybi perniciōsior sit quies quam te-  
meritas. Fmo ab eodem disces: Inter ancipitia, deterri-  
mum esse, media sequi. Observa. quia plerique hic pec-  
cant, & in rebus afflictis, vt idem loquitur, nec prou-  
ident satis, nec audent.

Quando  
& quate-  
nus consi-  
lia subita  
aut fortia,  
vitiae.Rebus ex-  
tremis,  
media  
spernenda.

## IN CAP. VIII.

**E**GO h̄ic s̄isto Lector, & sunt m̄bi causa. Aliás, ut spero, perficiam: si non, tu per te hac talia enota & adiunge. nam specimen hic & exemplum vides. Sed Textum nostrum in primis scrutare. nam, ut ille inquit, leuum metallorum fructus in summo est: *Ser. epist. xxxii.*

FINIS.



CAP. VI

## PRIVILEGII CÆSAREI SVMMMA.

**M**AXIMILIANI II. Romanorum Imperatoris semper Augusti, publico edito cautum & sacrum est, ne quis cuiuscunq; status, gradus, ordinis, aut conditionis fuerit, quacunque sacri Romani Imperij & ditionis eius fides patet, quecumque probatorum auctorum opera, quoiquot vel haec tenus nondam impressa, vel ab alijs quidē impressa, nouis autem deinceps scholijs, annotationibus aut commentarijs aucta & illustrata, Christopherus Plantinus citius & typographus Antuerpiensis primus typis procederit, intra proximum sexennium à prima cuiusque operis aut voluminis editione, vlo pacto eiudem vel diversi characteris forma excudat, aut excusa ab alijs, intra ciudate Maximiliani & Imperij fines vendenda importet, seu quoquis modo distrahat manifeste vel occule, sub pena decem Marcharum auti puri: quarum dimidia fisco Imperiali fraudis vindici, residua vero pars prænominatur Plantino cedat, præter librorum ad imitationem impressorum anufionem: quos idem Plantinus ubique locorum natus fuerit, per se, vel suos, adiumento Magistratus loci, vel citra, propria auctoritate sibi vindicare, inque suam potestatem redigere poterit. In cuius rei fidem ipsi Edicto manu subscriptis, & sigillum apponi iussit Cæsarea Maiestas. Datum in ciuitate Viennae Austriae, die vigesima prima mensis Februario, anno Domini M. D. LXXV.

Subsig.

*Maximilianus,*Ad mandatum sacrae  
Cæs. M. proprium

Haller.

## PRIVILEGIUM GALLIARVM REGIS.

**C**AVTVM HENRICI III. Galliarum Regis Privilegio, ne quis in omnib; eius regno libros totos, aut in parte, quoscunque Christopherus Plantinus aut nonosexderit, aut veteres, sed correctos sive illustratos, aut adnotatos, eosce item excudat, excudifaciat, aut excusos vendat. idq; intra sexennium à cuiusque libri editione. Id autem hoc fine, ut ne idem Plantinus, laboriorum suorum, sumptuoso meritisimo fructu priuetur, cogaturq; tandem intermittere aut omittere laudabile suum munus, cum detimento reipub. litterarie, & doctorum. Qui contraria fecerit, sciat paratam librorum confiunctionem, aliasq; pœnas sive multas, qua Regijs Edictis continentur. Cum legi tamen, ne idem libri quicquam contineant, quod vel Religioni Catholica Apostolica Romana, vel huius Regni Statui aduersetur. Atque huius Edicti exemplar cū fronti aut calcic cuiusque operis apponetur, nullus typographorum sive bibliopolarum ullam ignorantia causam praetextos. Datum Fontibellaque, quinta Augusti M. D. LXXXII.

Signat.

Per Regem

De Neufville.